

Johann Georg Bindrim


[...] Exercitatio. De [...] Prophetis. Illorum. Que. Ordine : Qua & de divisione S. Codicis In Legem. Prophetas. Et. Hagiographa. disseritur ; Cum Diaskepsei Phraseos Hemistichii Judic. VI. 24. [...] Vulgat. Vocavit illud, Domini pax

Rostochii: Literis Richelianis, 1677

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730486990>

Druck Freier  Zugang





Fc-1071^a.

F.c.-1071^a.

~~1071~~

כְּעֵתוֹ

EXERCITATIO.

DE

נְבִיאִים וְסֵפֶר

PROPHETIS. ILLORUM. QVE.
ORDINE.

Quâ & de divisione S. Codicis

In

LEGEM, PROPHETAS. ET, HAGIOGRAPHIA.
differitur,

Cum

ΔΙΑΣΚΕΥΕΙ

Phræseos Hemistichii

Judic. VI, 24.

וַיִּקְרָא לוֹ יְהוָה שְׁלוֹם

Vulgat. Vocavit illud, Domini pax.

AUTOR,

M. JOHAN. GEORG. BINDRIMIO,

S. S. Theol. P. P.



ROSTOCHII

Literis RICHELIANIS, Sen. Typogr.

ANNO M DC LXXVII.


SERENISSIMO. CELSISSIMO. QVE.
PRINCIPI. AC. DOMINO.

DN.

CHRISTIANO.

LUDOVICO,

DUCI. DEI. GRATIA. ME-
CLENBURGICO. PRINCIPI.
VETUSTAE. GENTIS. HENETAE.
SVERINI. ET. RACEBURGI. COMITI.
SVERINENSI. CHRISTIANISSIMI. RE-
GIS. ORDINIS. EQVITI. ACADEMIAE.
ROSTOCHIENSIS. CANCELLARIO.
MAGNIFICENTISSIMO. TERRARUM.
ROSTOCHII. ET. STAR-
GARDIAE. DYNA-
STAE.



DOMINO. MEO.
CLEMENTISSIMO.

SERENISSIME. PRINCEPS.

Eidenti hanc Exercitationem, non diu
multumq; fuit circumspiciendum, ec-
cui illam consecrarem? reputanti enim Pa-
tronos, non occurrit, cui obstrictior, quàm
Vestrae SERENITATI. Justissimum adeo, publi-
cè hoc ut profitear: quandoquidem publica,
eaq; haut exigua Clementiae Gratiaeq; Ve-
strae SERENITATIS erga me, in primis quòd pro-
fessionem Theologicae sua in Academia me vo-
luerit praefectum, prostant documenta. Illam
cū favente meo & DEO & PRINCIPE susce-
ptam implere, praelectionesq; in Hofeam pu-
blicas adornare, seriò allaboro, natum est hoc,
quicquid est pagellarū. Redeat igitur ad eum, à
quo subministrata occasione promanavit. Le-
vius forsitan alicui videbitur, quàm SERENITA-
TIS Vestrae conspectui ut sistatur: non refra-
gor. Non enim sum mei aestimator. At tamen
quâ diligentia, quoq; improbò, haec talia ex E-
braeorū libris hauriantur, labore, scient, ea qui
aggredi-

grediuntur. Quod jam sumtibus & studiô ac-
qviritur, meritò illi suus maneat honos. Non
negligendum illud Pindari Istmionic. Od. 1.

Ἐἰ δ' ἀρετὴ κατὰ κείνην πᾶσι οὐράνῃ

Ἄμφοτερον δαπάναις τε καὶ πόνοις,

Χρὴν εὐχόμεσθαι ἀγάνορα κόμπην

Μη φθονεργῆσαι φέρον γνώμῃς, ἐπεὶ

Κέφα δόσις ἐνδρὶ σφῶν.

Ἄντ' ἰσχυρῶν πάντεσσιν ἐπιπέσει ἀγαθόν,

Ἐνὲν ὀρθῶσαι καλόν.

Interp. Schmid. *Si verò virtus posita est in quovis studio,*

Tam in sumtibus, quam in laboribus:

Oportet eam nactis, magnificam gloriationem

Non invidis tribuere animis. Siquidem

Leve donum est viro sapienti,

Pro laboribus omnigenis verbum dicendo bonum,

Communem erigere dignitatem.

Verùm gloriolam hac Exercitatione non aucupor. Novi,
quàm facilis sit lapsus: novi, quàm sit mihi curta supellex. Tan-
tùm intendo monumentum (quale etiam illud sit) gratissimi
animi, debitaeq; devotionis erga CELSISS. meum DOMINUM.
erexisse. Quod in viliori offerendo munere dum fit, si pecco, ma-
lo reprehendi, quàm non aliquid moliri. At non reprehende-
batur ille Persarum, Regi suo Artaxerxi pugillum aquae qui of-
ferebat, nec displicebat hoc summo Monarchae: idem à CLE-
MENTISSIMO meo Principe ac Domino mihi met polliceor.
Hunc, Ducatus Statorem, Academiae Instauratorem, mihiq; Gra-
tiosissimum Dominum, DEUS ter. Opt. Max. servet. Hoc

Quod possum, voveo, Tu JOVA potentior audi!

SERENITATIS. VESTRAE.


Subjectiff.

Scrib. Rostochii.

A. O. R. 1677.

d. 14. Septemb.

JOHAN, GEORG, BINDRIM,



כ"ש

Sectio prior

Quid sit Propheta?

§. 1.



Vum Propheta à Prophetia, ut concretum à forma, denominationem habeat; res ipsa exigit, ut à denominante ordiamur. De hoc enim si constiterit, de illo amplius dubium esse nequit; prout illum, qui, quid & quotuplex, sit justitia? scit, non fugit, quid & quotuplex sit esse justum? Incipiendum igitur à Prophetia, ejusq; nominis, quod in Ebraea Lingva antiquissima, san-

cta, inq; qva prophetiae primitus editae, habet, consideratione. Nec frustra; nam ut Plato in Gorgia: *ὅς ἀνὰ τὰ ὀνόματα ἑστῆν, εἴσεται καὶ τὰ πράγματα* i. e. qui dictiones noverit, noverit etiam res.

§. 2. Communissimè ab Ebraeis, quum Divina revelatio hominibus innotuit, adhibetur nomen נְבוּאָה. Annotata sunt quidem & alia nomina in Breschith. Rabba ad Es. XXI. 2. ut חֲזוֹן *visio* הַמִּטְפֵּה *desillatio* רִיבוּר *loquela* אִמְרָה *verbum*. צוּר *praeceptum* מִשָּׁה *onus*, מִשָּׁל *parabola* הִידָה *aenigma* מְלִיצָה *Interpretatio*. De quib' R. Abarbanel Praefat. in Proph. Min. fol. 222. col. 1. quaerit, quomodo ad tria illa חֲזוֹן *verbu' Domini* חֲזוֹן *visionem* מִשָּׁה *onus*, quae ut tres Prophetiae diversas species ponit, referantur? An nomina haec sint synonyma & aequaliter una de re dicantur? quae nam sit differentia inter רִיבוּר atqve אִמְרָה & inter מִשָּׁל & מְלִיצָה numq; נְבוּאָה ad haec vel generis vel speciei rationem habeat? Cur non alia decem nomina, quibus revelatio facta exprimitur, addan-

A

addan-

addantur? ut הגרה ה' manus Domini Ezech. XXXVII. i. XL. i. enarratio. Es. XXI. 2. קריאה proclamatio Levit. I. i. נאם dixit. שמיעה auditus Es. VI. 8. Obad. I. i. ראייה visio Amos. IX. i. Sach. I. 8. רמז assimilatio. Hof. XII. ii. הלום somnium. כראה adfectus התרעות notificatio Num. XII. 6. Ad haec nominatus Rabbi loc. dict. copiosior, qvo lectorem remittimus, hic ea praeterimus.

§. 3. Vocem נבא qvoad attinet, indubitato illa à verbo, juxta morem Ebraeorum tertiã personam praeteriti communiter pro radice ponentium, exindeq; nomina derivantium, נבא prophetavit, deducitur. An autem נבא sit primitivum, sive minus? à quibusdam dubitatur. Sunt, qui illud derivatum volunt, & quidem ex בא venire, cujus passivum sive Niphal sit נבא. Sic Forsterus in Lexic. Ebraico. Verum quamvis נבא sit conjugationis Niphal, (in dubium adhuc vocari potest num Niphal semper sit passivum של Kal?) non tamen est deductum à בא venire: Hujus enim Niphal nec in V. T. nec aliàs occurrit, & si occurreret, non dicendum esset נבא; sed juxta analogiam in deductione verborum observandam נבא: qvoad si non literis, tamen punctis & pronuntiatione differt à נבא.

§. 4. Alii illud derivant ex נבא progerminavit & per Metaph. qvia sermo linguae & labiorum est fructus sive germen, loqvutus est, protulit. Es. LVII. 19. legitur נבא שפתים, fructus labiorum, ad quem locum provocant Dd. ref. Abarbenel. in comment. Dan. f. 17. c. 3, & nominatim R. Salomon Jarchi, qui ad Exod. VII. 1. haec annotata reliquit (כל לשון נבא leg.) אדם המכריו ומשמיע לעם דבריו תוכחות והי מגוררת נבא

שפתים ינוב חכמה ויכל מהתנכות רשמואל ובלעז קורין לו פרידגייר h. e. qvoad vocem נבא attinet, significat illa praeconem & promulgantem populo verba objurgatoria. Deducitur enim ex נבא שפתים proventus labiorum. Es. LVII. 19. נבא חכמה propagat sapientiam Prov. X. 31. & absolvit מהתנכות prophetare i. Sam. X. 13. (errat hic Rab. enim non est ex נבא sed ex נבא Aleph & He alternante, pro-
ut &

ut & in aliis locis, ut Sach. XIV. 4. Jerem. XXVI. 9. 1. Sam. X. 6. usu venit, sensu tamen non variato, ut nota Masorethica ad 1. Sam. X. 6. 13. edocet) *In lingua barbara vocant hunc hominem Prediger.* Verum enim verò quae hic Jarchi, ea minimè ad palatum R. Abraham ben Esrae à suis sapiens qui dictus. Hinc in comm. ad Exod. loc. cit. scribit **האומרים כי נביא מגזרת ניב שפתים איננו נכון כי שורש ניב מהשניים לפי דעת חכמי צרפת**

ומעולמי העין לפי דעה חכמי ספרד ושורש נביא שלש אותיות

והעד נביאים ויתנבאו כי האלף שורש ועוד כי ניב שפתים כמו פרו כי הויה מגזרת תנובו/ עוד ינוכו בשכיבה והעד הנאמן וניבו נכזרה אוכלו ועוד מה טעם השב אשת האיש כי נביא הויה אם פרושו דברן הויה רק פרושו הויה נביא שאגלה לו סודי כדרך כי אם גלה סודו אל עבריו הנביאים והויה מתענג עלי ער כן ניב שפתים *derivari ex נביא h. e. qui dicunt* כערך וחירה *Es. LVII. 19. falluntur. Radix enim ניב est vel ex geminatis* (ut sit Rad. נככ. Apud Aethiopes adhuc Nababa significat loqvutus, alloqvutus, consolatus est) *juxta mentem Sapienſium Galliae, vel occultantibus Ain sive quiescentibus secunda radicali, nempe ניב juxta mentem Sapienſium Hispaniae.* Radix autem נביא est perfecta & trium literarum; *videre est ex נביאים atq. יתנבאו Aleph esse radicale. Praeter haec ניב שפתים idem significat quod פרי np. fructum. Deducitur enim ex תנוכה proventus, fructus, ut cum dicitur Ps. XCII. 25. adhuc ינוכו germinabunt in canitie, & clarius Mal. I. 12. ניבו fructus ejus, contemtibilis cibus. Ad haec quis sensus est Gen. XX. 7. restitue uxore viri, quoniam Propheta est ניב Concionatorem significat? sensus verborum potius est, הויה נביא quod illi arcanum meum revelo, eo modo, quo Amos. III. 7. dicitur, nisi revelaverit secretum suum servis suis Prophetis; *Gille oblectat se in me, ideo prote rogabit & vives.* Quae Aben Afra ex Grammaticis, ad probandum literas נכא esse radicales, adducit: satis firmo nituntur talo. Si enim literae illae non essent radicales, in flexione non retinerentur, nec deductio*

ad morem verborum perfectorum sed imperfectorum institueretur. Quod cum non fiat, satis cuilibet patebit נבנ esse primitivum & radicem, ex qua נביא, נבואה, aliaq; nomina propullulant.

§. 5. Graeca, quae נבנ, נביא, נבואה, communiter respondent ut προφητεύειν, προφητίζειν, προφητης, προφητεια, propheta, propheta, prophetia, in dubitanter sunt derivata & composita ex προ & φημι. Inusitato φάω, φῶ (hinc fari) quod ab Ebr. פה פה os, per quod loquimur, item vox. Frustranea illorum est opera & in analogiam impingunt, qui haec à φαίνεω vocem edere vel φαίνεω & προφαίνεω ostendere praemonstrare deducere conantur. Lat. prophetare, Propheta, Prophetia sunt ipsissima Graeca, Latina civitate donata, non à porro vel procul fando, ut Lyra prol in Psalmos, nec à pro quod est procul &, phanos quod est apparitio, ut Thom. 2. 20. q. 171. 1. corp. vult, (si modo non alluserint) deducta; sed pergimus ad significatum.

§. 6. R. Mardochai Nathan in Concord. ad R. נבנ scribit כל לשון נבואות שפירושו הלצה או רכור או השפיטה בעתידות בסדרם נבנ quae verba hoc volunt נבנ & quae exinde formantur, significare interpretationem vel loquutionem vel iudicium de futuris antequam fiant. Reuchlinus vocem בעתידות in duas divulserat, vertitq; iudicium secundum tempus projectionis, quasi legeretur בעת ידור, sed vim vocis non est assecutus, prout & ideo vapulat Buxtorffio praefat. in Concord. Svevit aliàs R. Nathan, cum verbum est πλύσιμον, ejus significatus in certas classes redigere, quod cum hic non fecerit, facilè conjicitur, verbum non esse tale: sed generalem quandam significationem ad omnia subiecta sese extendere loca, quam in scholio suo quoque Nathan intendit: hanc putà, Interpretationem vel loquutionem. Ut adeo, cum interpretatio ad aliud respectum habeat, generalis verbi נבנ significatio sit, alterius mentem Interpretari vel enunciare. Non leve pondus huic sententiae exinde accedit, quod similè in modum ab Arabibus, Syris, Aethiopicis & Chaldaeis usurpetur, quo de ne dubitetur, vel Lexica vel loca inspiciantur. Et quod
Exod.

Exod. VII. 1. Mosi dicitur, Aaron erit נביאך *propheta tuus*: hoc significanter Onkelos transtulit מורה ומנן *Interpres tuus*. Imò non infreqvens & insolens tam Graecis quam Latinis ut *προφήτης* prophetare, pro interpretari, enuntiare, adhibeant. Exemplorum congerie superfedebimus. Perpendantur loca 1. Cor. XIV. 1. f. 1. Theff. V. 19. 2. Pet. I. 2. 1. Rom. XII. 6. Et de Prophe-
 ta pro Interprete, dubitare nos non finit illud Luciani, allatum à Steph. in Lexic. ἡ ἀληθείας καὶ πειρήσιος προφήτης. h. e. veritatis ac libertatis in dicendo antistes ac interpres. Et Festus: Prophetas in Adrasto Julius nominat sanorum Antistites, oraculorumq; Interpretes. conf. Menoch. de R. E. 1. 3. c. 14.

§. 7. Quum vero & DEUS & Angeli & homines intellectu polleant, mentemq; suam per Interpretes aliis notam fieri velint: ii ipsi, munus enuntiandi hoc qui obeunt, prophetarum quoq; nomine veniunt, atq; prophetare dicuntur. Et quidem hominis cujusdam mentem ignotam qui exponit, eum vocari נביא Prophetam, jam tum patuit ex Exod. VII. 1. conf. Nehem. VI. 7. ubi Sanballat scribit, Efram constituisse נביאים Prophetas, qui affectatum & susceptum à se regimen palam divulgarent. Huc facit, quod verbū ap. Arabes in conjugat. Tertiā significet *alter alteri renunciabit* vid. Gol. Lexic. Arab. col. 2287. & Schindleri Lexic. Pentaglot. Quinimo, de illo, qui sui ipsius sensa & stultitiam prodit, usurpatur, praecipuis in Hithpaël, notante Schindlero in Lexic. unde & per insanire exprimitur. Ut 1. Reg. XVIII. 29. ויתנבאו Chald. ויתנבאו *stultitias loquebantur* 1. Sam. XVIII. 10. ויתנבאו Chald. ויתנבאו *insaniebat*.

§. 8. Quandoq; etiam Angeli hominum ministerio, cum iis aliquid manifestatum volunt, utuntur. Prout autem Angeli vel boni vel mali, utriq; suos נביאים Interpretes seu Prophetas habent. Ad malos referimus Gentilium Oracula, utpote à Diabolo inflata. Hujus & illorum ministri seu sacerdotes, tum in sacris, tum Profanis, Prophetarum nomine veniunt & prophetare referuntur; idq; vel absolutè vel etiam cum additamento, e. g. 1.

Reg. XXII. 6. seq. quadringenti illi, qui Achabo felicem rerum e-
 ventum, sed frustra, promittebant, vocantur נביאים *Prophetae*.
 Chald. addit שכר נביי שקרא *Prophetae mendacij*. Eccui non innotue-
 re נביאי הכעל *Prophetae Baalis* ab Elia jugulati? item נביאי האשרה
Prophetae luci. i. Reg. XVIII. 19. ita dicti ob morem sacra in lucis
 faciendi, à Isebele Sidonia illatum? Communissimè in N. T.
 audiunt φεψδοσες φηται, & ap. Ebr. נביאי שקר *Prophetae mendacij*.
 Quorum diversos facit R. Lipman. in Nizzachon. p. III. יש מיני
 נביאי שקר שוודעים בעצמם שמשקרים רוגמרת הנביאי
 חזקן שאמר רר אך אמר אלו וגו' עד הוא כוחש לו ויש נביאי שקם
 שאומרים דרך נכוארה מה שנראה בעיניהם מסכרת לנב
 i. e. *Est species falsorum Prophetarum qui bene-
 nent norunt, quod mentiantur, exemplo est Propheta ille senex* i. Reg.
 XIII. 18. qui dixit: Angelus Domini dixit ad me &c. usq; ad,
 mentitus est ei. *Sunt quoq; Pseudoprophetae, qui tanquam pro-
 phetiam, quicquid ipsis videtur, è corde suo proferunt, sicut Hanania-
 as. Jerem, XXVIII. 1. filius Asur.* In profanis creberrima quoq;
 Prophetarum mentio. Superioribus addatur, Sacerdotes Am-
 monis à Plutarcho vocari Prophetas, & illud vet.

Tum capita viridi lauro velare imperant
 Prophetae, sancta castè qui parant sacra.

& Eusebius l. IV. H. E. c. 8. ex Hegesippo refert, quod Hadrianus
 η πόλις ἐκλήσθη ἐπιώνυμον Ἀντινόα, η̄ φεψδοσας *Urbem Antinoe* (ser-
 vo suo) *cognominem condidit & Prophetas instituit.* Ad quae Va-
 lesius: sciendum, apud Aegyptios summum Sacerdotem qui reli-
 quis sacerdotibus & pastophoris prae esset, & qui templorum
 reditus caeteris distribueret, dictum esse Prophetam. Confir-
 mat hoc Epiphan. l. 3. adv. haeres. πρεσβὴ δὲ Ἀιγυπτίοις, scribens, φεψ-
 φηται καλῶμενοι τ̄ ἀδύλων νε η̄ ιερῶν ἀρχαγοί ap. *Aegyptios Prophetas vo-
 cavi adytorum & sacrorum praesides.* Epimedines quoq; Aposto-
 lo vocatur Propheta, quem Mithrae, idoli apud Cretas, Sacerdo-
 tem fuisse, & hinc Prophetam nominatum vult Epiphan. atte-
 stante Heinsio in Exercitat. ad Tit. I. 12. non ob futurorum prae-
 dictio-

dictionem nam $\omega\epsilon\iota\tau\epsilon$ ἰσχυρῶν $\sigma\omicron\upsilon\epsilon\iota$ ἐμαντεῦσθαι ἀλλὰ $\omega\epsilon\iota$ γινώσκων ἀδύ-
λων $\pi\epsilon$ de futuris non vaticinabatur sed de praeteritis, quae adhuc igno-
ta, inquit Aristotel. Rhet. III. 17. Atque sic habemus Prophe-
tas Angelorum malorum.

§. 9. Bonos Angelos quod attinet, eos DEI esse nuntios,
ejusque voluntatis Interpretes ex Scripturis sacris satis constat: eos
vero nomine $\alpha\gamma\gamma\epsilon\lambda\omicron\upsilon\tau\omicron\upsilon$ Prophetarum venire, exemplo è sacro Codice
nondum patuit. Loca Dan. II. 16. IX. 21. s. conf. Matth. XXIV.
15. Marc. XIII. 24. it. Apoc. XVII. Angelos voluntatem DEI, &
quae post illa futura, hominibus revelasse, hosque quod percepe-
rant, scriptis consignasse, hocque respectu $\alpha\gamma\gamma\epsilon\lambda\omicron\upsilon\tau\omicron\upsilon$ esse, dubitare nos
non sinunt. Alia non adducamus. Plura enim an Angelus creatus
vel Increatus inibi intelligendus? controvertuntur. Placet quod
Euseb. I. 1. c. 2. H. E. allegatis quibusdam apparitionibus ut Gen.
XVIII. XXXII. 24. Jos. V. 13. concludit: $\omicron\upsilon\iota$ $\mu\eta\delta\epsilon$ $\epsilon\nu$ $\omega\sigma\epsilon\eta\iota\iota$ $\kappa\alpha\iota$ $\upsilon\iota\sigma\iota\iota$ $\epsilon\iota$ $\kappa\epsilon$ $\mu\eta$
 $\pi\iota\varsigma$ $\pi\omega\tau\iota\sigma\iota\iota$ \omicron $\theta\epsilon\upsilon$ $\lambda\omicron\gamma\omicron\upsilon$ $\epsilon\pi\iota$ $\phi\alpha\iota\iota\iota\iota$. Verbum DEI ante omnia subsistisse, &
quibusdam, licet non omnibus, apparuisse. Quod vero supra dixerat,
 $\epsilon\delta$ $\upsilon\pi\epsilon$ $\alpha\theta\eta\kappa\iota\omega\iota\omega\iota\iota$ $\alpha\gamma\gamma\epsilon\lambda\omega\iota\omega\iota$, $\kappa\epsilon$ $\lambda\epsilon\iota$ $\epsilon\gamma\gamma\omega\iota\omega\iota$ $\theta\epsilon\upsilon$, $\tau\alpha\varsigma$ $\alpha\iota\iota\alpha\gamma\gamma\epsilon\lambda\omega\iota\omega\iota$ $\pi\epsilon\phi\alpha\iota\iota\iota$
 $\upsilon\pi\omega\tau\iota\omega\iota\iota$ $\theta\epsilon\mu\iota\varsigma$. $\epsilon\pi\epsilon\iota$ $\kappa\epsilon$ $\tau\epsilon\lambda\iota\omega\iota\omega\iota$ $\omicron\tau\omega\tau\iota\varsigma$ $\alpha\iota\iota$ $\theta\epsilon\omega\tau\iota\varsigma$ $\pi\alpha\iota\alpha$ $\phi\alpha\iota\iota\iota$, $\sigma\iota\iota$ $\epsilon\pi\iota$ $\kappa\upsilon\tau\upsilon$
 $\pi\epsilon\iota\alpha\iota\iota$ η $\gamma\epsilon\gamma\omicron\phi\eta$ $\omicron\iota\omega\mu\alpha\tau\iota$, ϵ $\theta\epsilon\omega\iota$ $\epsilon\delta\epsilon$ $\mu\eta\iota$ $\kappa\upsilon\tau\epsilon\iota\omega\iota$, $\alpha\lambda\lambda$ $\alpha\gamma\gamma\epsilon\lambda\omega\iota\omega\iota$ $\kappa\epsilon\theta\eta\mu\alpha\tau\iota\omega\iota$
 $\lambda\epsilon\gamma\omicron\upsilon\sigma\iota$ h. e. Nefas hujusmodi DEI visiones, quae sacris literis prodi-
tae sunt, ministrorum DEI & Angelorum visiones fuisse, suspicari.
Etenim quoties Angelorum aliquis hominibus apparuit nequaquam
id dissimulat scriptura, sed nominatim Angelum, non autem DEUM nec
Dominum locutum esse dicit, nequaquam eò trahendum, ac si ea
loca, in quibus Angeli DEI fit mentio, de Angelo Increato intel-
ligi & explicari non deberent: aliud enim docent loca Exod. III.
2. Act. VII. 30. Gen. XLVIII. 16. XXXII. 24. conf. cum Hof. XII. 5.
Exod. XIV. 19. Jud. VI. 11. Apoc. VII. 2. XI. &c. ubi $\pi\iota\omega\iota$ $\tau\eta\delta\epsilon$ $\lambda\gamma$
 $\mu\alpha\lambda\omicron$ $\kappa\upsilon\epsilon\iota\varsigma$ Angelus Domini apparuisse legitur, quod tamen non
de creato, sed Increato Angelo intelligendum, quippe cum talia
Apparenti adscribantur, quae non nisi de vero DEO verificari
possint: Quid? quod ipse Eusebius Christum $\mu\epsilon\gamma\alpha\lambda\eta$ $\beta\epsilon\lambda\eta\varsigma$ $\alpha\gamma\gamma\epsilon$

25V M 2-

לון *magni consilij* Angelum vocet in init. cit. cap. & in loc. Exod.
 III. 1. quem pro se allegat, expressè qui apparuit, vocatur מלאך
 Angelus Domini. In Sacris adeo, etiam cum DEUS apparuit,
 Angelum quandoq; apparuisse, dicitur: neque ex nomine Ange-
 li statim concludendum ad creatum, sed textus circumstantiis
 benè perpensis, quandoq; ad Increatum. Officii enim est nomen:
 Quod ex consensu Filium DEI in se suscepisse, non est ipsi dede-
 cori: neque sic Arriani aridam, quàm plantam pedis figere possint, hic
 invenient. Ne dicam, ex conjectura Ludovici de Dieu ad Mal.
 III. 1. מלאך non Angelum, legatum, sed principem ἀρχοντα signifi-
 care: quod si verum, Adversarii minus praesidii hic habebunt.

§. 10. Quod tandem mentem sive voluntatem DEI spe-
 ctat, cum illa vel ex lumine naturæ, vel revelationis innotescat;
 nō qui illius, sed qui hujus sunt Interpretes נביאים dicuntur. Cum
 verò fuerint, quibus immediatè DEUS voluntatem suam aliis
 manifestandam revelarit: & sint, qui mediatam illam revelati-
 onem magis magisque tractent, legem DEI aliis interpretentur, ali-
 os doceant & è Sacris S. erudiant? utriq; tam qui immediatam,
 quam mediatam revelationem habent, hoc nomine נביאים
 מפי פה Interpretum s. Prophetarum, veniunt. Locis ex N. T. su-
 pra §. 6. relatis, addatur, Chaldaicum, illud חבל נביאים 1. Sam.
 X. 5. vertisse סיעת ספרים coetum scribarum, & מהכסה ab excelsis
 reddidisse סכנת אכחזרות è domo confessus sive schola. Vocantur a-
 lias בני הנביאים filij Prophetarum Lipman. pag. 90. Nizzachon.
 scribit אותם שמנהיגו עצמם בדרכי הנבואה נקראו בני הנביאים
 וסוף החכמה תחלת דברי הנבואה eos, qui praeparant se ad prophe-
 tia vocari filios Prophetarum, & finem sapientiae esse initium Prophe-
 tiae, ferè uti dicitur, ubi desinit Physicus, ibi incipit Medicus,
 ut adeo quod praestolati immediatam revelationem, seq; ad eam
 recipiendam praepararint, ita sint dicti. Verùm credibilius i-
 psos se praeparasse להוכיח ישראל ad redarguendum & è verbo
 DEI instruendum populum Israeliticum, juxta R. D. Kimchi 2.
 Reg. II. 4. qui probat etiam Chald. בני הנביאים reddentem
 per

per תלמידי נביא *discipulos Prophetarum*. Nec cum Lipmanno facit Maimon. Mor. Neb. l. i. c. 7. qui docet, scribens, alium eumq; iudat, eo respectu, quo ipsum in aliqua sententia iudat, est quasi genuisset ipsum, quatenus nempe ille opinionis seu sententiae communicatae est auctor. Atq; hoc sensu appellantur discipuli Prophetarum, Prophetarum filij. Arabica invenies ap. Hottinger. p. 568. Clav. Script.

§. 11. Ex his, quae hactenus diximus, sole meridiano clarius elucescit, vocab. נביא *Prophetia*, de se & proprie non respicere futura: sed ex generali & communi, tam in sacris, quam in prophanis, vobum acceptione fluere, Prophetiam generaliter nihil aliud esse, quam actionem quandam, quā alterius cognita sententia aliis manifestatur. Et Prophetam illum dici, qui munere hoc fungitur, sive qui sententiam alicujus cognitam aliis manifestat. Eadem quoque fuit mens Vet. Ebraeorum נביא עליון *i. e. qui, test. Abarben. in Font. salut. fol. 17. col. 3. generaliter quemlibet qui influxum supernè accepit, Prophetam nominaverit.* Nulla hic mentio futurorum.

§. 12. Sed missis generalibus, in seq. agemus de Prophetiis & Prophetis DEI, non mediatā, qualem etiamnum in Ecclesia habemus, sed immediatam revelationem habentibus. Cumq; DEI revelatio quandoq; sit de futuris, quandoq; de praesentibus tum de praeteritis: sunt qui oppidò Prophetiam ad futura restringunt, & cum Cassiodoro in Prol. super Ps. l. eam dicunt, *inspirationem s. revelationem Divinam rerum eventus immobili veritate denuntiantem.* Eventus autem pertinet ad contingentia futura. E. de solis contingentibus erit revelatio Prophetica. Verum enim verò non ita Prophetia est constringenda. Docet hoc ipsum Gregor. Hom. 1. in Ezech. abs Thoma in secundae 2. q. 171. art. 3. adductus, quod nempe Prophetia quaedam sit de futuro, sicut id quod dicitur, Es. 7. Ecce virgo concipiet & pariet filium. Quaedam de praeterito: sicut id quod dicitur Gen. 1. In principio creavit

B

DEUS

DEUS coelum & terram. Quaedam de praesenti: sicut id, quod dicitur 1. Cor. XIV. Si omnes prophetent, intret autem quis infidelis, occulta cordis ejus manifesta fiunt. Non E. est Prophetia solum de contingentibus futuris. Thom. 1. c. putat ad Prophetiam propriissimè pertinere eventuum futurorum revelationem, hinc in Resp. ad 4. de Cassiodori definitione dicit, quod Prophetia ibi diffiniatur secundum id quod propriè significatur nomine Prophetiae: At futurorum denuntiationem propriè nomine ΠΡΟΦΗΤΕΙΑΣ Prophetiae & ΠΡΟΦΗΤΕΙΑΣ venire, minimè concedimus, ex sacris enim & profanis aliud in superioribus evicimus.

§. 13. Non incongruum nobis videtur, si dicatur, Prophetiam (ut hic consideramus) esse actionem hominis immediatè à DEO illuminati, quà supernaturalia aliis manifestantur. Quum eam dicimus, actionem hominis immediatè à DEO illuminati, indicio id sit, eam nec à potentia naturali, nec habitu profectam. Non à potentia; nulla enim naturà homini in est qualitas, à qua haec operatio promanare potest, effectus non est nobilior sua causa; Nec ab habitu: si enim illuminatio & Prophetia esset habitus, esset stabilis & permanens in homine; homo pro libitù actum secundum educere posset. Verùm hoc non est virium humanarum. Unde & August. lib. XII. de Gen. ad Lit. c. XIII. Nonnulli volunt animam humanam habere vim quandam divinationis in seipsa. Sed si ita est, cur non semper potest, cum semper velit? Et Thom. 2. 2. q. 171. 2. c. praemisso, lumen alicui dupliciter in esse a. per modum formae permanentis, sicut lumen corporale est in sole & in igne. β Per modum cujusdam passionis sive impressionis transeuntis, sicut lumen est in aëre. Lumen inquit, Propheticum non in est intellectui Prophetae per modum formae permanentis, aliàs oporteret semper Prophetae adesse facultas prophetandi: quod patet esse falsum. Dicit enim Gregor. sup. Ezech. Aliquando Prophetiae Spiritus deesse Prophetis, nec semper eorum mentibus praesto est: quatenus cum hunc non habent, se hunc agnoscant ex dono habere, cum habent. Habet se adeo intellectus Prophetae ut aer, qui

qui subinde illuminatione opus habet, & quemadmodum, vel accedente vel discedente lampade solis vel collustratur, vel obtenebrescit: Sic nec Prophetæ intellectus semper, nec de omnibus illustratur, sed DEUS id facit, ubi, quando, quamdiu & qua mensura ei placet. Patet hoc exemplo Eliæ causam moeroris Sunamitidis pedibus ipsius provolutæ, sibi à DEO non manifestatam, testantis 2. Reg. IV. 27. Nathanis, in aedificationem templi, quam David intendebat, quod tamen DEUS nolebat, consentientis. Patet quoque hoc ex frequentissima repetitione phrasos; Dictum, Verbum Jehovæ, Dixit Dominus & similibus, quibus hinc inde Prophetæ Prophetias suas incipiunt. Si per modum habitus donum hoc Prophetiæ ipsis infuisset, non opus habuissent, ulteriorem expectare revelationem, sed expeditè habitu hoc, cum voluissent, uti potuissent. Suffecisset quoque semel Verbum Domini sibi obvenisse, dixisse. Quæ cum non facta, constabit, Prophetis donum hoc per modum formæ permanentis non advenisse; sed per modum impressionis transeuntis, irradiationis & coruscationis, idq; se ad certa, quorum in gratiam hæc illuminatio facta, extendisse, non ad omnia: non ex defectu largientis & illuminantis, quasi non posset, sed quia non voluit ex liberrima sua voluntate & liberalitate indebita, quæ *διὰ τὴν ἰδίαν ἐπέσθη τὰς δαίμονας βέλους* 1. Cor. XII. II.

§. 14. Per *immediatè à DEO*, insinuamus, nobis h. l. de prophetia & revelatione mediata non esse sermonem, sed de immediata. Neq; tamen ex hoc censu volumus remotum, si quis Angelus cuidam, ut Gabriel Danieli, c. IIX. aliquid revelavit. Quamquam enim Angeli creati interdum munus hoc obeant, & quæ à DEO acceperunt, hominibus deferant, illum tamen DEO ut primo auctori veniet adscribendum, benè docente Thoma 2. q. 172. art. 3. ad tertium operationem instrumenti attribui principali agenti, in cuius virtute instrumentum agit.

§. 15. Quot vero sint modi seu species Divinae revelationis? de iis inter Autores non convenit, quibus dā plures, aliis pauciores,

cores, numerantibus. *Maimonid.* Mor. Neb. l. 2. c. 45. *undecim*
(hanc sententiā *Menasse ben Israel* Scripturae maxime congruam
putat Concil. in Ex. qv. 48. p. 167. modos tamen sive species non
nominat) proposuit. *Isidorus* cit. Thom. 22. q. 174. *Septem* Pro-
phetiae genera constituit. Primū genus est extasis quod est men-
tis excessus, sicut vidit Petrus vas submissum de coelo cum variis
animalibus. Secundum genus est visio, sicut apud *Esaiam* di-
centem: vidi Dominum sedentem &c. Tertium genus est som-
nium, sicut *Jacob* dormiens scalam vidit. Quartum genus
est per nubem, sicut ad *Moysem* loquebatur DEUS. Quintum
genus est vox de coelis, sicut ad *Abraham* sonuit, dicens: ne mit-
tas manū in puerum. Sextum genus, accepta parabola, sicut a-
pud *Balaam*. Septimum genus repletio Spiritus Sancti sicut pe-
nē apud omnes Prophetas. Apud *Meisner* Comment. Hof. p. 21.
numerantur *Sex*. 1. Visio, 2. Verbum. 3. Somnium. 4. Aeni-
gma. 5. Sors. 6. Familiare colloquium de ore ad os. *Augustinus*
Steuchus (cit. *Hottinger. Thes. p. 573.*) ex Num. XII. 8. *Quing*
genera Prophetiarū colligit. כִּמְרָאָה id est per visionem, cum rem
intuemur per visiones. בְּחִלּוֹם id est in somnio, quod per visio-
nem esse potest. בְּחִירוֹת id est in aenigmate, cum aliud videtur,
aliud innuitur, ut erat cum librum comederet *Ezechiel* & *Jo-*
hannes in *Apocalypsi*. בְּחִסּוֹנוֹת id est, per figuras, hoc est, cum
rerum imagines intuemur, cum acies cum choros, cum pom-
pas, cum praeclarissima quaedam conspiciamus. Haec autem su-
periora genera omnia per resolutionē corporis fiunt s. dormien-
do s. etiam vigilando, cum sensus terrenarum rerum eripitur, ut
neq; videamus oculis, neq; audiamus neq; tangamus, totaque
mens ad eas corripiatur visiones. Ideo ultimum praestantissi-
mūq; genus est, quod non fit per resolutionem sed nihil
statu corporis immutato allocutio Divina quod, puto, pau-
cissimis contigisse. Atq; hoc genus Prophetiae est, quo DEUS
affatur sanctissimos Angelos atq; Archangelos, Prophetia enim
appellatur omne cum DEO commercium, omnis consuetudo,
omnis

omnis confabulatio. R. *Albo* ponit *quatuor* (vide Hotting. l. c. p. 566.) primum atqve infimum facit $\Psi\text{P}\text{P}\text{P}\text{P}$ Spiritum Sanctum, cum quis suggestu Spiritus Sancti eructet in laudes DEI, adeo ut recondita sapientiâ auditores rapiat in admirationem, ipseq; nesciat, unde haec scientia sibi obvenerit. Secundum $\text{P}\text{P}\text{P}\text{P}$ visionem, cum utriusqve potentiae tam imaginativae quam rationalis, eadem ac par est virtus. Tertium, cum rerum species verè cernuntur & facultas intellectualis praevalet imaginatrici, huc refert Prophetias Ezechielis. Quartum & supremum constituit, cū revelatio Prophetica absq; subsidio facultatis imaginativae percipitur & sine speciei alicujus vel Angeli visione perficitur. Arabes *tres* ponunt: primus est $\text{P}\text{P}\text{P}\text{P}$ visio Prophetica. Secundus PP filia vocis. Tertius, gradui Prophetiae Moysi respondet. vid. Hotting. l. c.

§. 16. De his variè conquirendis & distingvendis anxie jam non erimus solliciti. Verum est quod Apost. scribit, quod $\text{πολυτέπως πάλας ὁ Θεὸς ἐλάλησεν εἰς πατέρας ἐν τοῖς Προφήταις}$, quis verò haec exactè potest scire & cognoscere? Nemo, nisi Dominus Prophetarum. Agnoscimus hic cum B. Augustino ex l. XI. Confess. c. XIX. nostram ignorantiam. *Tu Regnator creaturae tuae, quis est modus, quo doces animas ea quae futura sunt? Docuisti enim Prophetas tuos. Quisnam ille modus est, quo doces futura, cui futurum quicquam non est: vel potius de futuris doces praesentia? Nam, quod non est, nec doceri utiq; potest. Nimis longè est modus iste ab acie mea. Invaluit ex me: non potero ad illum: potero autem ex te, cum dederis Tu dulce lumen occultorum oculorum meorum.*

§. 17. Habito respectu ad potentias cognoscitivae in homine; ut tres dantur, nempe sensus, imaginatio & Intellectus, potentiae, sic & per quamlibet harum interdum alicui aliquid innotescit. Hinc etiã tres modi sive species emergunt, Corporalis, imaginarius sive spiritualis & Intellectualis, qui ab *Augustin.* in Dial. cum Oros. q. 63. it lib. XII. de Gen. ad Lit. c. VII. seq. & c. XXIII. libri de Spiritu & Anima, falsò tamen Augustino adscripti;

aliisq; in locis positi, communiter retinentur. Corporalis sensus corporales sive exteriores respicit, quibus species quaedam sensibilis obijcitur, ex qua nascitur conceptus mentis sicq; homo in rei notitiam deducitur. Haec species sive signum plerumq; vel aures vel oculos afficit, ut cū vox auditur, ut factum Mat. III. Joh. XII. I. Sam. III. Exod. XX. vel videndū aliquid repraesentatur ut columna nubis, rubus ardens &c. hic sensus nō cessant sed munere debito funguntur. Spiritualis sive imaginarius respicit phantasia, cū absq; sensuum exteriorum interventu, phantasma aliquod sensui interno repraesentatur, e. g. si coeco nato inderentur species colorum. Hic sensus exteriores ad cognitionem nihil conferunt, sed cessant. A tempore quo phantasma phantasiae obijcitur, haec revelatio vel nocturna vel diurna vocatur. haec Ebr. מַחֲוֹהַּ illa חֲלוֹם: pertinetq; eo quod Elihu Job. XXXIII. 15. 16. *per somnium, visionem nocturnam, cum irruit altus sopor in homines, in dormitationibus super cubile, tunc DEUS revelat auri hominum.* Intellectualis dicitur cum immediate intellectui non praecedentibus phantasmatibus sive speciebus sensibilibus, conceptus quidam sive species intelligibiles exhibentur & imprimuntur. Quomodo hoc fiat difficile est intellectu. *Quamvis, sunt verba Thomae 2. 2. q. 174. 2. ad quartum. Illustratio Divini radii in vita praesenti non fit sine velaminibus phantasmatum quaeliumcunq;: quia connaturale est homini secundum statum praesentis vitae, ut non intelligat sine phantasmate. Quandoq; tamen sufficiunt phantasmata, quae communi aliquo modo à sensibus abstrahuntur nec exigitur aliqua visio imaginaria divinitus procurata. Et sic dicitur revelatio Prophetica fieri sine imaginaria visione.* Lyra. praefat. comm. in Dan. Exempli loco affert, quae scrib. Dan. II. Tu Rex. &c. *Licet enim somnium Nabuchodonosaris fuerit Danieli revelatum visione imaginaria, quia somnium Regis vidit somnio suo, ut infra dicitur, tamen cogitatio Regis non potuit sic revelari sed sola visione intellectuali.* Tres has מיניו species sive מדרגות gradus nobiscum agnoscit Abarben. Font. salut.

salut. f. 19. & concludit e. 4. והכלל העולה על זה שהשפע הנבואי
־ summam ex dictis תחול בשלשה כוחות משיגות אשר לנפש האדם
resultantem esse, quod influxus Propheticus requiescat super tres po-
tentias apprehensivas animae humanae.

§. 18. Corporalem tamen modum, quò influxus Propheticus
־ אל הכח המדמה ויעבור אל החושים החיצוניים וירגיש
הנביא בהשגתו החושית כלכך באופן שיראה הנביא בעיניו ובאזניו
ישמע המוחשים האלהיים תכלתי נמצאים בעולם הגשמי מחוץ
ad facultatem imaginativam & de hinc ad sensus exteriores, &
־ sentit Propheta apprehensione sensibili, adeo ut Propheta suis oculis
videat & auribus percipiat sensibilia Divina, quae aliàs in mundo
corporali non exstant: negat R. bar Maimon, referente Abarbe-
־ מדומים ושאינן מוחשים כלל
nele l. c. c. 2. quae omnia haec putat הם הנרדמים כטלו מהם החושים
וואמר שבעת ששיגום הנביאים הם הנרדמים כטלו מהם החושים
אלא שירדו שהם רואין ושומעין הדברים ההם כחושיהם והיה זה
לתגבורת דמונם וחולשת שכלם כמו שיקרה לנכפים ולמוקדחים
־ imaginaria, & nequicquam sensibilia, dicatq; Pro-
phetas, talia cum apprehenderent, sopore fuisse oppressos sensibusq;
־ minimè usos, sed putasse se videre, & audire haec sensibus suis;
hocq; factum esse ob potentiã phantasiae & debilitatem intellectus ipso-
־ rum, quemadmodum contingit Epilepticis, febricitantibus, Melancholi-
cis. Hanc sententiam rejicit & refutat Abarbenel, eò quod
־ ובאמת רבו סרה בתורת ה' כי הנר עברו ה' ונבואו
כריאים וטובים היו שלמים וכן רבים לא שוטים ומטורפי השכל
כמו שחשבו אבל היתה השגתם זאת מוחשת שכעת היקוצר
־ ושימוש החושים היו נביאים משיגים אותם המוחשים מהשפע
revera absurda האלהי המראה אותם לעיניהם ומשמיעם באזניהם
־ & non congrua verbo DEI, servos enim DEI ipsiusq; Prophetas fuisse
bona sanitate & integritate, non insanientes & mente motos (ut pu-
־ tarunt) Verum, apprehensionem eorum quod attinet, fuisse eam sen-
־ sibilem, quum Prophetae vigilantes & sensibus pollentes haec sensilia
ab influxu Divino oculis & auribus eorum haec exhibente, apprehen-
־ derint. Fieri hoc addit, interdum המקצר והחולשת המקצר
ומיעוט

ומיעושי הכנת *ob imperfectionem apprehendentis, debilitatem recipientis & quod non satis se praepararit, adeo* ut non sentiat influxum in intellectū, ut illi qui intellectualiter aliquid cognoscunt, nec in phantasiā, quae tenuissima inter potentias corporales, ut illi qui spiritualiter aliquid cognoscūt, necesse igitur esse ut sensibus exterioribus aliquid objiciatur, quo afficiantur. Exemplō Angel. apparent. Abrahamo Gen. XVIII. cum Jacobo luctantis Gen. XXII. conf. Ex. XX. 19. 2. Reg. II. 11. Interdum verò non fieri ob debilitatem recipientis, sed necessario בעצמו להכרח הרבה בעצמו *ob conditionem rei revelandae, ut quod de structura tabernaculi* Mosi in monte vidit.

§. 19. Ut Maimon, modum corporalem negat: sic duos Prophetiae species agnoscit, test. Abarb. Font. salut. font. 3. palma. 2. fol. 18. c. 2. & 3. עוד עשה הרב שני מינים בנבואה שהם החלום והמראה שנאמר במראה אליו אתודע בחלום אדבר בו ואמנם במה יבדלו זה מזה הוא מקום עיון כי אין החכרל בבחינת הפועל לפי שבשניהם המשפיע הוא השכל נכרל ולא יבדלו גכ בבחינת המקבל כי בשניהם יחול השפע על הדבר ועל המדמה יחד וגם לא יהיה הברלם בכיטול החושים כחלום וחסתמשותם במראה כי הנרה לדעת הרב הנבואה לא תכונה כן בחלום בין במראה כי אם בכיטול החושים אבל היה החלום כיניהם כפי עת הגערה הנבואה לנביא כי אם מצא אותו ישן וחר כי השפע בתוך שנתו יקרא חלום נבאי רל נבואה שדגעה בתוך חלום ואם היה כהקיץ מתעסק בעניניו כשחר עליו השפע יקרה מחורה או חזון שהכר אחד ועל כל פנים ככר או מחמינים האלה והבטלו החושים כל עוד שתמיד הנבואה ולכן הצורות הנראות לנביא והדברים הנשמעים לו בנבואתו והמלאך שיראה וישמע דבריו הכר לדעת הרב הם פעולות רסוניות וצורות וכוחות נבראו בכח המדמה לא שיהיה לדבר מזה מציאות מחוץ לחושי הנביא בשום צד תראה זה מדבריו כפרק מ/ א/ וכפרק מ/ ב/ באותו הלך זה כלל דעת הרב ושרשו בענין הנבואה. *i. e. praeterea Ras Prophetiam in duas species dividit,*

dividit, nempe somnium & visionem, eò quod dicitur Num. XII. 8. per visionem innotescam ei, per somnium loquar ei. Et certè quomodo invicem differant, considerandum venit. Non differunt respectu causae efficientis, cum Intellectus agens utrique influentiam det. Neq; differunt respectu recipientis, cum in utroq; influxus resideat & super intellectum & phantasiam simul. Neq; differunt ratione cessationis sensuum, ac si in somnio cessarent, in visione minime: Ecce enim juxta mentem ipsius Raf. Prophetia neq; in somnio neq; visione advenit, nisi cessantibus sensibus. Sed differunt respectu temporis, quo Prophetia Prophetæ obvenit. Si enim ipsum invenerit dormientem & requiescit super ipsum influxus, vocatur somnium Propheticum, hoc est, Prophetia quæ in somnio obvenit. Si verò vigilerit, negotiisque suis intentus fuerit: quum requievit super illum influxus vocatur כחזה, כחזה, חזו visio, sunt enim unum. Et in utroq; cessant sensus, dum durat Prophetia. Et propterea formae apparentes Prophetæ, & res quæ audivit in Prophetia sua, & Angelus apparens cujusq; verba audivit, omnia, ut Maimon. putat, sunt actiones imaginariæ, & formæ & potentiae virtute phantasiæ productæ, quæ nullo modò aliis extra phantasiam sensibus Prophetæ obviæ. Patet hæc ejus sententia ex c. 41. & 42. ejusdem. part. Hæc summa sententiæ & fundamentorum Maimonidis de Prophetia.

§. 20. Quænam verò alteri antestet, edocet nos Abarbenel. præfatione in Esaiam fol. I. c. 4. his verbis מן ההלום הוא יותר פחות המעלה ממין המחזה והמראה לפי שבהלום חל השפע לנביא בהיותו ישן וכחו המדמה הוא אז בלתי נכנע ולא כבוש תחת שכלו ולכן אז אינו מסודר בעצמו אבל מדמה ומרכיב הרעבור בדיוורו כדרך הישנים ולכן היתה הנבואה אשר כוארת קשת ההפננה והצוור ורבת המשל והחירה ותצטרך לפתרון מאד מפני בלבול הכח הרמיוני המקבל אותו השפע או אמנם במראה לפי שיחול הרוח הנבואי בהיות הנביא ער ושכלו שופט וגובר על רמיונו והוא נכנע ומסודר תחת השכלי לכן בהיות הכח הרמיוני ההוא אז בסדר נאור והתישבור טוב תהיה הנבואה שתהיה

או עליו זכרה וברה ומפורשת ומפני זה אמרו חכמים ז"ל שמשנה
 רבינו ע"ה לא באה אלו מעולם נבואה כלילה שנאמר כיום דבר
 ה' אל משה להעיר שלח היה מנבא בהלום שהוא ממרוגה שפלה

h.e. speciem hanc (חלום *somnium*) minus esse excellentem, quam vi-
 sionem. In somnio enim quiescit influxus super Prophetam dormientem:
 tunc vero facultas imaginatrix non est suppressa & subiecta intellectui
 ejus, & ideo sibi non ordinata, sed imaginans & componens compositi-
 ones falsas, prout soverere dormientes. Proinde quoque prophetia e-
 jusmodi difficilis est intellectu & cognitione, constans parabolis & aeni-
 gmatibus, opus quae habet interpretatione, ob confusionem facultatis i-
 maginativae hunc influxum recipientis. Visionem vero quod atti-
 net, eo quod Spiritus Propheticus quiescat super Prophetam vigilan-
 tem, intellectu discernentem & imaginatrici praevalemtem, quae
 quoque intellectui bene subiecta & subordinata, cum adeo phantasia
 sit in convenienti ordine, & debita sedatione, Prophetia, quae requi-
 escit tunc super illum, erit clarior & explicatior. Ideo quoque dixe-
 runt sapientes p. m. quod Dominus noster Moses, super quem sit pax,
 non acceperit Prophetiam noctu; cum dicatur Exod. VI, 28. In die lo-
 cutus est DEUS Mosi, ad significandum quod non prophetavit in som-
 nio, qui gradus est infimus.

§. 21. Quum vero tabulae sacrae satis testentur, Prophe-
 tas non omnia cessantibus sensibus peregisse. Quo ד' מ' פו-
 לא טעני, posset. Influxui cuidam alii, quem רוח הקדש *Spiritus*
Sanctum vocat, has operationes adscribit; Audiamus de eo א-
 barbanelem, contribulis sui sententiam sic proponentem. ומאנן
 רוח הקדש אמר הרב שאינו נבואה כי אם השפע ההוא מצד
 לרכי והסדרה יחד לכשצדק בו גדרה ולכן יבוא רוח הקדש ביקיצה
 בהשתמשות החושים לא בבטולם ועשה הרב ממנו בו מיניכס
 האחר בפעולות כשיתעורר האדם בעצמו לעשות פועל משוכח
 בהצלת קהל טובים או אדם מיוחד בחשיבותו יאמץ שדחתה או
 שצלחה עליו רוח ה' והמן השני הנה שימצא האדם כאלו התחדש
 עליו כח לרכי בחכמות או בתושבות ורכי מוסר ואזהרה וכל
 זה בעת

זה בעת היקוצר והשתמשות החישים על סדרהם ואי יאמר עלו
h. c. שחונן מרבר ברוח הקדש כמו שבא בפרק כו הו סאותו חלק

Certe Spiritum Sanctum Prophetiam esse Maimon. negat, quandoquidem illa sit influxus residens super nationalem & imaginativam facultatem simul, ut definitio ejus habet. Et ideo venit Spiritus Sanctus in vigilando & usu sensuum, non, cum cessatur. Illius vero Maimon. duas constituit species; primam, cum homo seipsum excitat ad faciendum opus aliquod laudabile, ut ad liberationem coetus bonorum hominum aut etiam unius, si cogitet super se Spiritum Sanctum esse. Alteram, cum homo sentit in se renovari facultatem, loquendi in sapientia & excellentia, verba correctionis & adhortationis, & hoc quidem omne eo tempore quo vigilat & sensibus suis recte, uti solet, utitur. Tunc dicetur de eo, quod loquatur per Spiritum Sanctum. Quemadmodum hoc legere est c. 45. ejusd. part.

§. 22. Examinanda hic Maimonid. sententia. Nititur praecipue loco Num. XII. 6. ubi DEUS. Audite nunc verba mea. — יהוה נביאכם יהוה כמראה אליו אתהוה כחלום ארברכו: Jun. *Si est Propheta ex vobis, per visionem me ipsum Jehovah notum facio ei, aut per somnium alloquor eum.* Luth. נביאכם יי conjugit ac si essent in statu constructo, quod nec suffix. כם nec accentuatio permittit. *אם יש נביא בכם* fortè hoc ortum ex Vulgat. qui habet, *Propheta Domini.* Osiander non correxit. Rabbi Abraham ben Esra Commentator inter Ebraeos non ultimus, duas species hic non agnoscit, sed כרר הנבואה כפול *geminari* sive idem bis dici more Prophetarum. Rab. Salom. Jarchi haec habet שכינת שמי אין נגליה *Divina nominis mei praesententia super eum non manifestabitur in speculo lucido, sed per somnium & visionem.* Ex his clarum, locum hunc juxta Ebraeorum excellentiores intelligendum de praerogativa Moysis, quam ipsi non dene-gandam clarius elucet ex v. 8. hujusq; Prophetiam aliis Prophetiis contradistingvi; neq; eo tendere, ut duas has solum species ponat. Et posito duas hic revelationis poni species, unde probabitur, ut de somnio illud concedamus, *וישן ויראה* visionem semper fieri cum alienatione

tione sensuum? Non ex vi vocis: nam primò impositum est ad
 significandum actum sensus visus, sed propter dignitatem & certi-
 tudinem hujus sensus, extensum est hoc nomen secundum usum
 loquentiù ad omnem cognitionē aliorum sensuum, ulterius eti-
 am ad cognitionem intellectus vid. Thom. I. q. 67. 1. c. Quid causae
 igitur, ut Maim. מראה ad solam visionē imaginariam, quae fit cum
 cessatione sensuum, restringat? putat quidem, ut refert Abarben.
 praefat. in Esaiam. f. 1. c. 3. בהיות נפשו רבקה ומקשרת עם העליונים
 לא יוכל הנביא להשתמש בחושיו כלל מבלעדי מרעה וכמו שהביא
 ראיה על זה ממה שנאמר בדניאל ואראו את המראה הגדול
 הזה ולא נשאו כי כח והודי נהפך עלי למשחורת ולא עצרתי כח ואמר
 ואני היתי נדרם על פני ופני ארצה שכיאר כזה היות מראה הנבואה
 בביטול החושים i. e. eo quod anima adhaereat & colligata sit cum
 superioribus, Prophetam sensibus suis uti non posse, excepto tamē Mose.
 Quod ulterius stabilit eo, quod Dan. X. 8. dicit. Et vidi visionē ma-
 gnam hanc neq; remansit in me ulla fortitudo & vis mea mutata
 in me est in corruptionem, nec retinui fortitudinem ullam. it.
 Et fui lethargo oppressus super faciem meam, & facies mea in
 terram. Quod docet visionem Propheticam fieri cum cessatione sen-
 suum. Verùm, Mosen sensibus polluisse cum concedit, impos-
 sibilitatem eo, quod anima Prophetae intendat superioribus &
 hinc cessare sensuum usum, destruit. Contingit quidem, cum
 mens sublimiora contemplatur, eam à sensibus abstrahi, non ta-
 men si sensibile aliquod objiciatur: Exemplò Danielis nihil a-
 liud probabitur, nisi eum visione visa fuisse territū & tonitru vo-
 cum penè examinatum, ut & Rab. Saadias Gaon מהגפלה v. 9.
 נפלתי ועל פני ופני היו מכוסות ארצה מן הכרת הקור ob tonitru
 vocum cecidi super faciem & facies meae adspexerunt terram. Non
 autem eum ita exanimatum visione imaginaria omnia perce-
 pisse. Et si factum: esset tamen particulare. Digna nobis viden-
 tur hic ut apponantur, quae habet Thom. 2. 2. q. 173. art. 3. Mani-
 festum est quod non fit abstractio à sensibus, quando aliquid repraesentatur

tatur menti Prophetæ per species sensibiles, sive ad hoc specialiter formatas divinitus, sicut rubus ostens9 Moyfi & Scriptura ostensa Danieli: sive etiã per alias causas productas: ita tamen quod secundam divinã providentiam ad aliquid prophetice significandum, ordinetur: sicut per arcam Noe significabatur Ecclesia. Similiter etiam non est necesse, ut fiat alienatio à sensibus exterioribus per hoc quod mens Prophetæ illustratur intelligibili lumine, aut formatur intelligibilibus speciebus: quia in nobis perfectum iudicium intellectus habetur, per conversionem ad sensibilia, quæ sunt privata nostræ cognitionis principia, sed quando sit revelatio Prophetica secundum formas imaginarias necesse est fieri abstractionem à sensibus, ut talis apparitio phantasmatum non referatur ad ea quæ exterius sentiuntur. Sed abstractio à sensibus, quandoq; fit perfecte ut sc. homo nihil sensibus percipiat quandoq; aut imperfecte, ut sc. aliquod percipiat sensibus non tamen plene discernat ea, quæ exterius percipit ab his, quæ imaginabiliter videt. Talis tamen alienatio à sensibus, non fit in Prophetis cum aliqua inordinatione naturæ, sicut in arreptitiis vel in furiosis: sed per aliquam causam ordinatam vel naturalem, sicut per somnium: vel spiritualem, sicut per contemplationis vehementiam; sicut de Petro legitur Act. X. quod cum oraret in coenaculo, factum est in excessu mentis: vel virtute Divina rapiente secundum illud Ezech. I. facta est super eum manus Domini.

§. 23. Deseritur quoq; Maimonides à cive suo Abarbenele, qui absurditatẽ hujus sententiæ ostensurus, scribit. fol. 18. 3. com. in Dan. Cum ad Prophetiam requiratur ut resideat super intellectum & Phantasiam simul, clarum, Spiritum Sanctũ non esse Prophetiam, ex quo sequatur si hic influxus requiescat super intel-

lectum tantũ וַיִּשֶׁם הַמְדַבֵּר מִכֵּת הַחֲכָמִים בְּעֵלֵי הָעוֹן וְתַהֲיָה מְדַבֵּר
שֶׁלֹּא יִתְחַרְפוּ אֲלֵיָהּ כְּמִדְרַגַּת אֲרִיסְטוֹ וְזוֹלָתוֹ מֵהַחֲכָמִים שֶׁלֹּא יִתְחַרְפוּ אֲלֵיָהּ
כַּפְחוֹת וְיִוֹתֵר וְהָאֵל יוֹדֵעַ אִיזוֹ מֵהֶם יִסְבּוֹר הָרֹב שֶׁהוּא הַיִּתֵּר וְאִיזוֹ
הַפְּחוֹת אִו שִׁיְהִי מוֹשֵׁפֵעַ עָלָיָהּ הַכֹּחַ הַמְדַמָּה כִּלְכֵּד וְיִהְיֶה הַמְדַבֵּר
בְּרוּחַ הַקֹּדֶשׁ מִכֵּת מִנְהַיְגֵי הַמְדִּינּוֹת וּמִנְתֵי הַנִּימוּסִים וּמִחֲבָרֵי
הַמוֹסָרִים וְאֲנָשֵׁי הַמַּעֲלָה וְהַגְּבוּרִים וְיִהְיֶה גִרְעוֹן וַיִּפְתַּח וְשָׁמְשׁוֹן
וְעַמְשָׂא

ועשית ורוד בהמשחו כשאר הגבורים אשר מעולם אנשי השם
 ויהיה מדרגת ספר תהלים שחבר דוד כשאר הפיוטים והמליצות
 הצחות וכל הפלה וכל תהננה שחברו רבי שלמה בן גבורה
 ורבי יהודה הלוי ורבי אברהם ורבי משה בן עזרה וזולתם וגם
 הכרשו רבי ירמיה במליצו ואביו רבי אברהם בשיר יעלו באותו
 רוח הקדש למדרגה יותר ועליונה לאן שיעור ממדרגת דוד ע"ה
 כיון שלא ילדה לזה ענין אלמי ולכן לנת זכר הרב בענין רוח הקדש
 דבר מהגדרת העתירות לפי שלדעתו לנת יחול רוח הקדש על זה
 והמכיר אשר יגידם יעשה זה ככחו המשער כאדם בעל סברות
 לא כמין סמיני הנבואה i. e. tunc constituet loquentem, sapientem, ut
 sunt Theoretici, adeo ut gradu & Salomon & Aristoteles &c. pares sint,
 qui non differunt nisi secundum magis & minus. DEUS verò novit
 quoniamnam eorum Maimonides majorem vel minorem putavit. Aus
 influxus hic requiescet super solam phantasiam & erit tunc qui Spi-
 ritu Sancto actus loquitur, in numero Praesidum provinciae, Legis-
 latorum, censorum, excellentium & fortium. Et erunt Gideon, Je-
 phta, Simson, Amasa, & David cum ungeretur, similes reliquis poten-
 tiaribus, qui olim viri celebres. Et erit gradus libri Psalmorum Davi-
 dis, non major reliquis Poetis. Orationes quoque elegantiores & pre-
 ces, quas composuere R. Salomo, filius Gabrielis, & R. Juda Levita, &
 R. Abraham & R. Mose filius Esrae &c. Etiam Badreschita R. Jeda-
 jain oratione & pater ejus R. Abraham in Cantico ascendunt ad hunc
 gradum, eruntque excellentiores Davide, eo quod nihil divini huic
 adhaeserit. Ideo quoque Maimon. cum agit de Spiritu Sancto, non
 facit mentionem de praedictione futurorum, eo quod juxta ipsius
 mentem, Spiritus Sanctus non requiescat super hunc. Et loquens, si
 futura praenunciat, facit hoc ex facultate conjecturali sicut homo
 prudens, non specie quadam Prophetiae pollens.

§. 24. Quum verò in sacris subinde Sanctos Prophe-
 tas ברוח Spiritu Domini locutos legatur, veritate con-
 victi alii, Spiritum Sanctum ab influxu Prophetico non exclu-
 dunt,

dunt, Facit hoc Abarben, qvi fufius edifferit fol. 19. c. 4. Font.

Salut. hoc modo השפע הוא ענין רוח הקדש הנה ענינו כאמת הוא השפע ושימוהו האלהי אשר יחול בנפש האדם וכאשר יהיה רב ועצום ושימוהו נביא בכל אחת מהסדרות אשר זכרתי וכאשר לא יזדחה כך ישלמחו בכר אחת ממעלות המדות והדעות והפעולות הטובות כמו לדבר צחות כוונ וזהגיד חכמות כשלמה ולגבר היילים כשופטי הארץ וגבוריו ובכלל יגיע לאדם שלמות ביתר שאת ויתר עז ער כחו הטבעי ולהיות רוח הקדש במדרגו הסוג הכלל לנביאים וזולתם מהשלמים חמצנת שלא לבר יאמר הרוח ער השפע המביא אר הפעולות השלמות ואל נעימות הדבור כדברי הרב המורו כי גם פעמים תאמר על הנבואה הגמורה שנאמר ואצלתי מן הרוח אשר עליך ותנח עליהם הרוח וסי יתן כר עם ה' נביאים כי יתן ה' את רוחו עליהם ותהי עליו גם הוא רוח אלהים וילך הלוך ויתכבד ויחזקאר היתה עליו יד ה' ויוציאני ברוח ה' ורבו מספר כאלה הכתובים עד שכפי מה שזכרו עליו אין ספק שבעצם וראשונה יאמר רוח ער הנבואה לחיור גדולה משלמות הנפש האלהי

Quid eſt Spiritus Sanctus? Ecce revera eſt influxus Divinus, qui requieſcit ſuper anima hominis, & cum eſt copioſus & fortis, conſtituit Prophe- tam in unoquoq; gradu, quos memini. Et cum ita ſe non habet perficit eum quacunq; excellentia morum, ſcientiarum & egregia- nam operationum, ut loqui eleganter ſicut David, eruclare ſcientiam ſicut Salomon, fortiter agere ſicut iudices terrae & fortes illius. Et ge- neraliter perfectio obvenit homini, pro dignitate facultatis naturalis. Cumq; Spiritus Sanctus ſit genus comprehendens & Prophetas & reli- quos ſapientes, invenies Spiritum Sanctum non tantum dici de in- fluxu perducente ad operationes perfectas & elegantes orationes, ut Maimon. ſtatuit, ſed etiam quandoq; dici de perfecta Prophe- tia, ut cum dicitur Num. XI. 17. & ſeparabo de ſpiritu, qvi ſuper te (verſ.

dio laetiae. Maimon. Fundam. fidei c. 7. scribit, neminem
posse Prophetam agere, nisi fuerit חכם גדול בחכמה גבור
בסודותיו ודלת יצרו מתנבך עלו ברבר בעולם אלא הוא מתנבך
ברעחו על יצרו תמיד והוא בעל דעה רחבה נכונה עד מאד

Sapienter, magnus in Sapientia, praevalens suis affectibus, quem praeva concupiscentia in rebus mundanis non vincit, sed ipse semper ratione sua eam superat, ac praeditus est intellectu amplo & bene ordina-

to. Et alibi, אין השכינה שורה אלה על חכם גבור ועשיר ובעל חכמה
Non habitat Spiritus Sanctus nisi apud sapientem, fortem,
divitem atq; excellentem. v. Hotting. Thes. p. 563. Menasse Conc.
Num. Qv. 8. p. 208. *Prophetica somnia non revelantur nisi hominibus bene meritis & undiq; perfectis, nimirum sapientibus, divitibus &c. qui digni sint spiritu Prophetico & in omnibus felices sunt.* Hinc etiam illud Jon. 1. 3. dedit שכרו mercedem suam, de toto navulo, quasi solus navim conduxerit, R. Elieser. Abarbenel. Raschi explicant, quò divitè seu pecuniosum Prophetam adferant. Verùm his requisitis DEUS dona sua nullibi alligavit. Vera est illorum sententia, quam Maimon. P. 2. c. 32. Direct. dubit. imperitae plebi tribuit. *Quod DEUS Opt. Maxm. aliquem ex hominibus, qui ipse placuerit, eligat, eumq; mittat, nulla habita ratione, nullog; respectu, an sit sapiens & eruditus, an vero indoctus & imperitus, senex an juvenis?* Congruit haec effato Petrino 2. Ep. 1. 21. *Ὁυδε λήματι ἀνθρώπου ἠνέχθη πλὴν ἀεφιλία.* & Paulino. 1. Tim. III. 16. *πάνου γογοῦ οἰόπτεος &c.* Oppositae sententiae repugnant exempla: Unde enim probabitur omnes Prophetas fuisse sapientes, magnos in sapientia, divites, intellectu amplo praeditos? contrarium verissimè exemplorum V. & N. T. inductio docebit. Imò, ut homo in collatione fidei nihil quicquam ad ejus productionem confert, sed mere passivè sese habet: sic & cum DEUS donum hoc alicui impertit. Illo non dante, laboribus & studiis, qualibus qualibus etiam, nunquam acqvi-retur. Nec eget DEUS aliqua dispositione in materia praeeistente: ut enim revelatio haec extraordinaria & supernaturalis, sic & extraordinariè & super-

D

perna-

pernaturaliter operatur: ut non praerequirat materiam & materiae dispositionem in effectibus corporalibus, sic nec in spiritualibus. Agnovit hoc ipsum *Jamblicus* advers. *Prophyr.* de *Myster. Aegypt.* Vaticinium non ab arte nec à natura nec à naturalibus vel animalibus rationibus motibusve effici, totamq; potestatem praesagam ad DEUM referri, (Deos ille dicit) & omnem ejus auctoritatem in eo consistere, alleg. *Rivet. Orat. de Proph.* Et *Lipman. Nizz* p. 90. licet scribat רוב סגברי רוב סגברי plurimos *Prophetiam accipientes, eam absq; dispositione non recipere*, paucis tamen interjectis און חבורה לכל המתנהג כיררכי הנבואה שחכמתו מלא לפי רצון ארון יתו i. e. non est necesse, inquit ut quilibet se ad eam praeparans, eam recipiat: sed juxta beneplacitum DEI bened. Qv nihil verius §. 27. Sunt quoque, quorum meminit *Maimon. loc. cit.* qui ad Prophetam requirunt, ut sit vir bonus, probus, honestus. Robur huic sententiae exinde accedit, qvod *Petrus* eos, qui acti Spiritu Sancto locuti sunt, vocet ἀγιοι θεοι ἁγιωτατοι Sanctos DEI homines. Vocantur & פרו: vocantur עבדי עבדי DEI, quibus secreta sua manifestat *Amos. III. 7.* Ex his fortè concludetur Prophetam absqve sanctitate & morum probitate esse non posse. Verùm enim verò qvotidie videmus eruditionem, & bonos mores non semper conjungi. Sic nec illuminatio Prophetæ, qvod fit moto intellectu, post se necessariò trahit mutationem voluntatis ad sanctitatē & probitatem vitae. Patet hoc exemplo *Bileami*, qvem licet quidam DEI Prophetam dicant, at verò cum fecerit sacra, אדם אדם more, spiritibus in septem planetis operantibus. *Num. XXIII.* cum iverit, ut dicitur c. XXIV. לקראת נחשית in occursum cantationum s. incantationes exercuerit, cum ad defectionem & scortationem *Israelitas* sollicitaret *Num. XXXI.* Cum vocetur קוסם *Divinator* *Jos. XIII. 22.* להוריע כי לא נבואה היתה ut *Radak* commentatur, ad significandum non fuisse Prophetam: cum *Petrus* i. Ep. II. 15. & *Jud. v. 11.* eum maleficii

ficii accufent, cuius obvium sanctitate & probitate vitae ipsam non polluisse. Ut taceamus alios moribus reprobis, Saulem, Judam &c. Repetendum hic adeo DONA DEI esse vel sanctificantia vel ministrantia. Illa sunt renatorum & fidelium, conjuncta cum sanctitate & bonitate. Haec verò interdum dantur quoque impiis, Apostatis & reprobis ad commodum, utilitatem & ministerium Ecclesiae, nec necessario cum sanctitate & probitate cohaerent, hinc fit ut possidentem non salvent. conf. Mat. VII. 22. ubi Lyra rationem addit. *Quia sunt gratiae gratis datae: quae dantur principaliter ad utilitatem coramunē Ecclesiae & non ad utilitatem singularis personae, & ideo aliquando per malos homines à DEO nobis dantur, sicut bona eleemosyna aliquando datur à bono Domino mediante malo serbo.* Si verò contingat Prophetiam per impium quendam edi, ea tamen vitii & falsitatis nequicquam arguatur: Prophetia, vitio personae non commaculabitur, non minus ac radii solares à sordibus non inquinantur. Quod verò attinet Prophetas, quos Petrus vocat ἀπίστοι, facile concesserimus, cum loquatur de iis quorum scripta *Θεὸς ἠρῆκεν τὴν λέξιν* legimus, eos fuisse sanctos, fideles & beatitatem consecutos. Salomonem quidem aliqui exemptum habent: sed alii non dubitant, eum respicuisse, & ante obitum Cant. Cant. Ecclesiasten & Proverbia composuisse. De his tamen ad omnes non tutò & infallibiliter concludetur. Non negligenda hic distinctio à Thom. 22. q. 172. 4. ad 1. adducta, *Donum Prophetiae aliquando dari homini & propter utilitatem aliorum & propter propriae mentis illustrationem. Et hi sunt in quorum animis sapientia Divina per gratiam gratum facientem se transferens, amicos DEI & Prophetas eos constituit. Quidam verò consequuntur donum Prophetiae solum ad utilitatem aliorum, qui sunt quasi instrumenta Divinae operationis.*

§. 28. Quum Prophetae vocantur Instrumenta, non putandum eos, quid prophetarunt, planè nescivisse vel non intellexisse. Uberior quidem lux subinde illis affulsit: Attamen quod Ludov. Viv. ad c. XXXII. l. VII. B. August. de C. D. Sibyllas hic in com-

parationem trahit; scribit enim *Gentiles quoque non omnia, quae Sibyllae & reliqui divino furore concitati, praedicebant, existimabant ab eis intelligi: sine ratione enim & mente ea fundebant, nec sui erant compotes; quippe qui exuti actione propriae animae pro anima, DEUM haberent. Idcirco Jamblichus Sacerdotes, Sibyllas & Prophetas ait, quo prudentiores sunt magisque, & sobrii & sui compotes, eo minus obscuriusque vaticinari. Tunc demum apertissime praedicere futura, cum toti à DEO corripuntur, non erit tolerandum. Nimis enim haec sunt abjecta. Melius F. Leonh. Coqveus ad loc. cit. Praenunciabant ventura Prophetæ scientes: nec enim tanquam arreptitij loquebantur, quae fuit haeresis Montani. Ideo Prophetæ dicebantur videntes & Prophetia dicitur visio. Intelligentia opus est in visione Dan. 2. qui enim solam habet visionem sine intelligentia, ut Pharaon & Nabuchodonosor, Prophetæ minimè dicitur. Job. XXXII. Inspiratio omnipotentis dat intelligentiam, cum Spiritu Sancto inspirati loquantur Prophetæ, certè intelligunt, quae loquuntur. Ut enim in cognitione mentis humanae concurrunt & acceptio s. repraesentatio rerum & iudicium de rebus oblati: sic in revelatione Prophetica quoque modo concurrunt & specierum quarundam repraesentatio & iudicium ex illuminatione. Hoc si abfuerit Prophetiae vel Prophetæ nomen non merebitur, licet aliquid repraesentetur, ut Pharaoni, Nebucadnezari, Balthasari: si adfuerit, Prophetia & Prophetæ vocabitur etiamsi de iis, aliis quae visa, iudicet ut Joseph. Quibus signa per aliquas rerum corporalium similitudines demonstrabantur in Spiritu, nisi accessisset mentis officium, ut etiam intelligerentur, nondum erat Prophetæ. Magisque Prophetæ erat, qui interpretabatur, quod alius vidisset, quam ipse, qui vidisset, inquit Aug. l. XII. Gen. ad Lit. c. IX. Notanda haec contra Montanistas, Pepuzianos sive Cataphryges, qui ita prophetabant, & alios ita prophetasse putabant, ut nescirent, mente moti, quid loquerentur. Antiquitas meritò hunc errorem, ut praesententiae Divinae minimè convenientè, damnavit. Scripsit adversus eos Miltiades librum hoc titulo $\pi\epsilon\pi\iota\ \&\ \mu\epsilon\tau\ \delta\epsilon\iota\upsilon$*

δὲν Προφήτην ἐν ἑκείνῃ λαλῶν test. *Euseb. H. E. I. V. c. 17.* Et ex in-
 nominato Autore subjicit. ἀλλ' ὅτι ψευδοπροφήτης ἐς περιεστῶσι. ὡ
 ἔπειτα ἀδεια καὶ ἀφοβία. ἀρχόμενος μὲν ἐξ ἐκείνης ἀμαθίας, καταστρέφει
 δὲ ἐς ἀκαθαρταίαν ψυχῆς: ὡς προσηλαίτιος δὲ τῶν τρεῶν, ἐπὶ ἡναι Ἰῶν
 αὐτῶν παλαιῶν, ἔπειτα καὶ τῶν καινῶν πνευματοφρονησῶν Προφήτην δειξά
 δουήσονται. ἔπειτα Ἀραβῶν ἔπειτα Ἰσθῶν, ἔπειτα Σίλων. ἔπειτα τὰς Φιλιππικὰς Ἰουδαίους
 ἔπειτα τῶν ἐν Φιλαδέλφειᾳ Ἀμμιάων. ἔπειτα Κεδραῶν, ἔπειτα ἡναι ἄλλης μηδὲν αὐτοῖς
 προσηλαίτιος καυχῶσονται. *h. e. Pseudopropheta autē in falso mentis excessu,*
cujus comes est licentia et audacia: à spontanea quidem imperitia
initium sumens, in amentiam autem, ut jam dixi, involuntariam de-
sinens. Hujusmodi vero spiritu nullum unquam nec in Vetere nec in
Novo Testamento Prophetam afflatum poterunt demonstrare. Non A-
gabum, non Judam, non Silam, nec Philippi filias, nec Ammiam. Phi-
ladelphensem nec Quadratum, nec plures quoque alios, qui nihil ad
ipsum pertinent, praedicabunt. Vid. & cap. subseq. Infulsam hanc
quoque opinionem, quā statuitur Spiritum Sanctum ita egisse &
impulisse sanctos DEI homines, ut non intellexerint, quae loque-
rentur, nec in potestate sua habuerint, non loqui, refellit Beda,
allegante & judic. B. Gerhard. comm. in 1. Pet. I. 21. p. 162. Ridicule,
inquiens, quidem haec B. Petri verba interpretatus est, dicens, quod
sicut fistula flatum oris humani, ut resonet, accipit, nec sonum tamen
ipsa, quem ministrat, quia insensibilis naturae est, intelligere valet:
ita Prophetæ Spiritu DEI inflati, ea quae idem Spiritus vellet, ore
proferrent, nec tamen ea, quae dicerent, ipsi mente tenerent, juxta
illud Maronis: Dat sine mente sonum, quod impudentissimi erroris
esse, palam claret. Quomodo enim audientibus tam sana consilia
darent, si insanis similes ipsi, quae loquerentur, nescirent? quare vi-
dentes appellantur Prophetæ? qua ratione scriptum est, verbum
quod vidit Esaias, aut aliquis Propheta, nisi quia in occulto visionum
coelestium, lucidissimo mentis intuitu cognoscebant arcana, quae for-
ras suis auditoribus palam verbis qualibuscumque efferrent? Haec
hactenus, deveniendum ad objectum.

§. 29. Diximus materiam sive objectum Prophetiae,

E 3

esse

ffe supernaturalia. Thom. 2. 2. q. 171. art. 3. in corp. res, quae
Prophetiae lumini subsunt, distinguit in tres gradus. *Primus* est
earum, quae sunt procul à cognitione hujus hominis sive secun-
dum intellectum; non autem à cognitione omnium hominum,
sicut sensu cognoscit aliquis homo, quae sunt sibi praesentia se-
cundum locum, quae tamen alius humano sensu, utpote sibi ab-
sentia, non cognoscit. Et sic Helisaeus propheticè cognovit,
quae Giezi discipulus ejus, in absentiam fecerat, ut habetur 4.
Reg. V. Et similiter cogitationes cordis unius, alteri propheti-
cè manifestantur, ut dicitur. 1. Cor. 24. Et per hunc modum etiã
ea, quae un⁹ scit demonstrativè, alii possunt propheticè revelari.
Secundus est earum, quae excedunt universaliter cognitionem
omnium hominum, non quia secundū se non sint cognoscibilia,
sed propter defectum cognitionis humanae: sicut Mysterium
Trinitatis, quod revelatum est per Seraphim dicentia, sanctus,
sanctus, sanctus &c. ut habetur Es. 6. *Ultimus* gradus est earum,
quae sunt procul ab omnium hominum cognitione: quia in se
ipsis non sunt cognoscibilia; ut contingentia futura, quorum
veritas non est determinata. Quicquid sit de ultimo hoc, quod
jam non examinabimus. Nos haec omnia sub supernaturalibus
comprehendimus. Melioris cognitionis gratia, repetendum,
supernaturale respectum vel ad subjectum vel ad causam efficien-
tem habere, hincq; duplex emergere. Unum, habito respectu
ad *causam efficientem, secundum productionis sive actus modum*;
alterum, habito respectu *ad subjectum, secundum substantiam sive
entitatem actus*. Hoc dicitur, quod non tantum ab agente super-
naturali producitur, sed quod suapte naturã super perfectionem,
cujuscunq; naturae creatae est & nulli ex principiis propriis con-
venit, cujusmodi sunt mysteria fidei. Illud dicitur, quod extra
naturalem & communem ordinem rerum efficitur, seu quod fit
ordine praeter naturam à solo DE O, nulla causa naturali id po-
stulante, etiam si res ex se naturalis ordinis sit & alioqvi causam
creatam habere possit, hoc modo supernaturalis est restitutio vi-
sus in

fus in coeco. Visus quidem naturalis est & per naturam hominū competit, productio tamen & modus ejus, quo Christus coecis visum restituit, est super naturam. Quicquid jam Prophetis revelatum, & quicquid prophetarunt, ad alterutram hujus supernaturalis acceptionem referri potest. Si enim res naturalis ordinis, reveletur tamen alicui, vel illuminetur quis de ea, erit supernaturalis quoad productionis modum. Si verò res in entitate sua non fuerit naturalis ordinis, supernaturalis erit & juxta modum & juxta substantiam actus.

§. 30. Et haec supernaturalium mentio extendit se ad omne tempus, praesens, praeteritum & futurum. Arctè nimis, ut & supra § 12. diximus, quidam Prophetiam constringunt, eiq; contingentia futura tantum substernunt. Cum tamen Prophetiae etiā de praeteritis, ut Moses de creatione, rebusq; jam diu oblivioni traditis; de praesentibus, ut Samuel Sauli indicans a sinas esse inventas, Patrem verò Fili sui desiderio teneri 1. Sam. X. Et Elisa, quid Rex Syrorum animo volvat, Achabo, revelans 2. Reg. VI. revelationem accipiant. Sic quoq; Gentiles suis Prophetis cognitionem praeteritorum, praesentium & futurorum adscripserunt. Homer. Iliad. l. v. 69. de Calchante,

Κάλχας θεσπέδιος οἰωνοπόλων ὄχ' ἄριστος
'ὄς ἤδη τά' ἔοντα τά' ἰσοόμενα πῶρ' ἔοντα.

Et Poeta de omnibus: Novit namq; omnia vates

Quae sint, quae fuerint, quae mox ventura trahantur.

§. 31. Deniq; requiritur etiam revelatorum manifestatio, quò sic ad utilitatem, aedificationem Ecclesiae & DEI gloriam vergat. Non enim talentum hoc Prophetis conceditur, ut in terram, cum servo ἀχρηστῶ, illud defodiant, sed ut foenerent. Sin minus nominis non impletur mensura. Si quis, inquit Hieron. c. IV. ad Ephes. non aedificat Ecclesiam Christi, nec subjecit plebem instruit, ut Christi Ecclesia construatur, iste nec Apostolus nec Propbeta est appellandus. Prophetia quippe in conceptu suo non nudam scientiam & cognitionem, sed & annunciationem
sive in-

sive interpretationē voluntatis Divinae comprehendit. Si quis igitur, quae de supernaturalibus accepit, silentii peplo tegat, praescius quidem erit, non tamen Propheta dicetur. Detegendum adeo fuit ex mandato DEI, annunciari aliis volentis, ipsis quod indiderat. Universa quaecumque mandavero tibi, loquēris, inquit DEUS Jerem. I. conf. Ezech. III. & alia. Valebit & hic illud *Senecae* Ep. 6. Si cum hac exceptione detur sapientia, ut illam inclusam teneam, nec enunciem, rejiciam. Nullius boni sine socio jucunda est possessio.

§. 32. Cumque sic constet, Prophetiam esse actionem hominis immediate à DEO illuminati, quā supernaturalia aliis manifestantur, facile constabit, quid sit Propheta? nempe *homo immediate à DEO illuminatus supernaturalia aliis enuntians sive manifestans*. Si verò Tò immediate omittetur, generalior erit definitio, quae per Tò immediate vel mediate contrahetur. Non abit *Augustin.* Quaest. super Exod. XVII. Cum Prophetam definit. *Enuntiatorem verborum DEI hominibus, qui DEUM vel non possunt vel non merentur audire.*

§. 33. Prius quam concludamus; etiam Judaeorum definitiones referemus. *Hottinger. Thes.* p. 565. hanc producit, quod sit שפיע שיגיע מהכורא לנביא במציעת המעלה האחרונה שמעלת המלאכים והיא מעלת אישים h. e. *influxus promanās à Creatore in Prophetā interventu ultimi gradus Angelorum, qui אישים nominantur.* Ad horum intelligentiam facit, quod notat *de Dieu* ad Jos. V. 13. ex *Maimon.* c. 2. יסודי התורה, ipsum nempe tradere decem genera Angelorum, dignitate discrepantium, quorum infimum, ait, vocari והם הכלאים המרכיבים אישים viros atque de iis scribere עם הנביאים ונראים להם כמראי הנבואה לפיכך נקראו אישים ששמעלם קרובה שמעלת דעת בני אדם h. e. *Hi sunt Angeli, qui loquuntur cum Prophetis, iisque apparent in visione Prophetiae, atque eam ob causam vocantur viri, quia dignitas eorum proxime accedit ad di-*

ad dignitatem mentis humanae. Maimon. in Mor. Nev. l. 2. c. 36.

dicit, quod sit על הכח הרבני ועל מהשכל הפועל influxus intellectus agentis in facultatem rationalem & Phantasiam simul. Ap. Höttinger. loc. cit. invenies Arabica, sed vitio fortè operarum in iis aliquid peccatum. Versio meminit tantùm facultatis imaginatricis, verùm non fuit omittenda rationalis, quae vocibus *القوة العقلية* infinuatur. Ita ergo Arabica versa leges, quod sit *influentia influensa DE O ter Opt. Max. mediantes intellectu agente super facultatem rationalem primùm & hinc super facultatem imaginatricem*. Per intellectum autem agentem vel ipsum DEUM, vel intelligentiam omnium postremam, quam *שכשכלים הנפרדים* separatarum intelligentiarum postremam vocant, intelligunt, vel etiam vocant *ש"ן* virum, quem faciunt ministrum intermedium, qui vi atq; autoritate à Numine derivata, mentem humanam in actu intelligendi illuminet. Sibi ipsum Numen, sine intermedio, esse interdum ajunt hunc intellectum agentem, velut ex praerogativa gentis: coeteris, intelligentiam illam, quam diximus. Hac de re plura qui cupit, adeat *Selden. l. 1. c. 9. p. 108. seq. I. N. & G. juxta Discipl. Ebr.* Quae verò nostra mens, patescet è superioribus, progrediendum ad ordinem.

Sectio posterior

De

Ordine Prophetarum.

§. 1. Praenotandum, hic nos non esse acturos de omnibus, quibus Prophetarum nomen competit; neq; de iis, qui immediate illuminati, quorum Rabbini, ut quidam volunt, nescio verò, quo in loco & quosnam, 48. numerant. Fortè respexerunt ad Adamum (quem *Hieron. ad Eph. c. V.* primum fuisse vatem dicit alleg. *Coqveo ad c. 32. l. 7. Aug. de C. D.*) Enochum, Noachum, Abrahamum, Jacobum, Josephum, Mosen, Josuam, Samuelem, Davidem &c. Sed de illis tantum hic agemus, quorum Scripta jam jam & quidem V. T. habemus *Θεόμνηστα*, Illi veniunt nomine *נביאים*

E

in illo

in illo Vet. כל נביאים לימות המשיח omnes Prophetas de diebus Messiae vaticinatos, de quo vid. differentem egregiè. *Altingium. l. V. c. 10. p. 384. f. Schilo.* & 1. Pet. I. 10. Eph. II. 20. Rom. I. 2. Ebr. I. 2. Luc. I. 70. Act. III. 21.

§. 2. Quum verò eorum non sint pauci, necesse, ut sit ordo, qualis etiam sit, inter eos, aliàs esset confusio. De ordinis autem quidditate est, ut semper respiciat modum aliquem prioritatis & posterioritatis. Prioritas sive prius variè aliquid dicitur & refertur vel ad tempus vel ad naturam, vel ad originem vel ad perfectionem, de quibus in post praedicam. Nobis in subsequentibus erit propositum, quo ordine Prophetarum quilibet alteri succedat, aliquid monuisse.

§. 3. Varius verò visitur Prophetarum ordo in Codice sacro, Alius invenitur in Ebraeo, alius in Germanico, apud alios alius. Respectus si habeatur ad tempus, primum locum deferimus *Mosi*, utpote tempore priori, juxta quod maximè & propriè aliquid est prius. Unde & Eusebiol. I. c. 2. H. E. dicitur *ἡ ἀρχαῖος ἀπὸ πάντων τῶν προφητῶν* Prophetarum omnium vetustissimus. An verò ipse Scripturam & literas invenerit, an verò ante ipsum exstiterint? hinc non decidimus, vid. inter alios *Schott. Techn. Curios. l. VII. c. 7. p. 547.* Hoc affirmamus, eum primum esse inter Canonicos, quandoquidem ante ipsum scriptum aliquod Canonicum exstiterit, nunquam Ecclesia perhibuit. Natus est Moses Anno Mundi 2373. Anno Mundi 2453. eduxit Israelitas ex Aegypto: Mortuus est An. Mundi, 2493. In deserto quinque, suos libros scripsit. Maimon, refert, eum duodecim, pro numero tribuum Israelitarum scripsisse exemplaria. vid. *Buxt. de lit. Ebr.* Sunt qui & ultimum caput Deut. ab ipso conscriptum velint; alii verò hoc caput, ad minimum à v. 5. *Et morbus est Moses &c.* à Josua additum, putant. vid. *Gerhard. L. de Scriptura. S.* Hunc excipiet Rex & Propheta DAVID, in Regem à Samuele A. M. 2890. unctus, mortuus A. M. 2930. Hujus habemus ספר תהלים *librum hymnorum.* βιβλιον ψαλμῶν Luc. XX. 42. Act. I. 20. An verò omnes Psalmos ipse

ipse David composuerit? à quibusdam dubitatur: Imò negatur. Hinc decem pleriq; alii plures Autores statuunt. Quidam nominant, Davidem, Mosen, Salomonem, tres filios Kore, Asaphum, Etham, Heman & Idithun. Addunt alii Abrahamum, Efram, it. Adamum, Melchisedekum. Contrà quidam uni & soli Davidi omnes adscribunt Psalmos. Audiamus *Augustin.* c. 14. l. XVII. de C. D. *Mibi, scribentū, credibilius videtur existimare, qui omnes illos centum quingvagenta Psalmos ejus operi tribuunt, eumq; aliquos praenotasse etiam nominibus aliorū, aliquid, quod ad rem pertineat, figurantibus, coeteros autem nullius hominis nomen in titulis habere voluisse, sicut ei varietatis hujus dispositionem, quamvis latebrosam, non tamen inanem Dominus inspiravit.* Sed fluctuat *D. Augustin.* agens enim de titulo Psalmi primi scribit; *Non omnes Psalmi à David editi sunt* &c. *Jacob. Peres.* cit. *Vives.* ad l. c. C. D. scribit *banc quaestionem ante Originem non fuisse inter Judaeos ambiguan.* Omnes enim sic crediderunt *Et sic prodidere literis, omnes Psalmos Davidis esse auctoris.* Post *Originem, odio Christianorum, illos plures Autores fuisse commentos.* &c. *Verosimillimū, Davidem non omnes, sed plerosq; composuisse; Vocatur enim liber Psalmorum, indefinite. Pf. LXXI. appendix adjicitur: Consummatae sunt laudes* דָּוִד *Davidis filij Isai.* Stilus est diversissimus. *Asaphum* quoq; videntem nominat *Scriptura 2. Paral. XXIX. Psal. XC. adscribitur Mosi, alius alii.* Hinc concludunt Psalmum illius esse, cujus prae se fert nomen. Et qui *ἰμνογράφοι* destituntur, adscribuntur prioribus. *Lightfoot* ex eo, quod *Act. IV. 25. secundus Psalmus ἀνεμύγητος*, adscribitur Davidi, probatum vult dare, quemlibet Psalmum, cujus Autor tacetur, adscribendum esse Davidi. Alii putant, Psalmos à Davide non factos, nisi qui praenotantur *ipsius David:* qui verò habent in titulis *ἰψὸν David,* ab aliis factos, personae ipsius fuisse coaptatos. Haec *Opinio, inquit Augustin. loc. alleg. voce Evangelica Salvatoris ipsius refutatur, ubi ait, quod ipse David in Spiritu Christum dixerit esse suum Dominum. Psalm. CIX. (juxta Ebr. 110.) Et certè idem*

Psalmus non habet in titulo ipsius Davidi sed, ipsi David, sicut pluri-
mi. In Ebraeo est לָרֹד. Notissimum verò לָרֹד quandoq; in nota-
 tione Genitivi adhiberi. Psalmus LI. in ἰμνῶν Δαυὶδ habet לָרֹד,
 quem tamen à Davide conscriptum, ipsa materia & verba satis e-
 vincunt. *Aben Esra ab init. Com. in Psalm.* meminit, quod dā, omnes
 Psalmos Davidi adscribere, eò quod fuerit Propheta, cum Ne-
 hem. XII. 24. vocetur אִישׁ הַאֲלֹהִים *vir DEI*, quod non nisi de
 Propheta usurpatur: cum ipse testetur quoq; Spiritū Domini in se
 loqvutum 2. Sam. XXIII. 2. Reliqua, quorum fit mentio, nomi-
 na, ut Idithun, Assaph, Moses, Kore, &c. esse nomina praecento-
 rum, tunc temporis viventium. Psalmos quoq; CXXXVII. &
 LXXIX. נְבוֹאָה דָוִד שֶׁהִתְנַבְּאָ לְעֵתֵךְ עַל דָּרֶךְ הַנְּהַר בֶּן נֹוֹד לְבֵית
 לָרֹד יִאֲשֹׁרָה שְׁמוֹ *eos esse Prophetiam Davidis, quam prophe-*
ta-
bit eum in modum, quo 1. Reg. XIII. 2. *praedicitur.* Ecce filius na-
 scetur domui Davidis, nomine Josias. Alios, verò statuere כִּי אֵין
 כִּסֵּפֶר הַזֶּה נְבוֹאָה לְעֵתֵךְ quod nulla in hoc libro sit Prophetia,
 & hanc ob causam Veteres cum Jobo, Cantic. Ruth. Esth. Thren.
 Eccles. Psalmos conjunxerunt quoque eò, quod hic nomina,
 Psalmus, שִׁיר *Canticum*, & תְּפִלָּה *Oratio*, adhibeantur.
 Psalmos CXXXVII. & LXXIX. quod spectat, eos esse recentiores,
 & in captivitate Babylonica à quodam compositos. Psalmum
 quoque CXIX. composuisse juvenem quendam Israëlitarum in
 captivitate honoratum, quod probant ex vers. 9. 14. 23. Suam
 sic esse sententiā כִּי זֶה הַסֵּפֶר כֻּלּוֹ נִאֲמַר כְּרוּחַ הַקּוֹדֶשׁ *totum hunc*
librum dictum esse per Spiritum Sanctū, nec obstare vocabulū שִׁיר.
 Ecce enim usurpatur de Cantico Moysi Dev. XXXI. 30. XXXII. 44.
 nec voc. תְּפִלָּה; usurpatur enim de oratione Habacuci, c. III.
 Qui verò Psalmus in fronti spicio nomen Davidis aut etiam alius
 cujusdam gerit, illi erit adscribendus, ut Moysi, Asapho, Heman
 &c. Qui verò ἀνεπίγραφος, fortè non erunt Davidis, & fortè e-
 runt, ut Ps. CV. qui est absq; inscriptione, ex 1. Chronic. XVI. 8.
 satis tamen constat, Davidem eum composuisse. Addit: וְלִמָּחָה
 הַמָּחָה

המהו מפרשים בעבור שאין בתחילת הספר נבואת דוד כי אפי
פס בן הישראלים כי ספר בראשית משה ארזינו כתבו בו ככת
קבלו אכותינו הקדושים זל אעפ שאין כתוב בתחילת ודבר השם
האל h. e. *Quid mirantur Interpretes, quod in initio libri non
dicatur, Prophetia Davidis? Inter Israëlitas nullum est dubium, Ge-
nesin à Mose, Domino nostro, esse conscriptam, sic enim à patribus no-
stris p. m. accepimus. Quamvis ab initio non dicatur. Et dixit
Dominus ad Mosen. Haec Esra. Quidquid tandem de Autori-
bus secundariis sit, cum maxima Psalmorum pars Davidi abnegari
non possit; à potiori communiter & rectè quidem, fit denomina-
tio. Patri succedit Filius SALOMON, natus A. M. 2912. denatus A.
M. 2969. Illius habemus Proverbia, Ecclesiastem & Canticum*

לעת זקנת שלמה ספר למיתתו שלמה ספרים הללו משרי שיר
שרתה עליו רוח הקודש ואמר שלמה ספרים הללו משרי שיר
השירים קהלת i. e. *tempore senectutis Salomonis, cum vicinus
jam esset morti, habitavit super ipsum Spiritus Sanctus & dixit Salo-
mo sequentes libros Proverbia, Canticum Cantic. & Ecclesiastem. Hi
tres recepti sunt in autoritatem Canonicam exclusis Sapientiae
& Ecclesiasticò, vid. Augustin. de C. D. l. XVII. c. 20.*

S. 4. Venimus ad Prophetas, quorum quorundam tem-
pora licet sint valde obscura, non inutile tamen erit, ipsa inquire-
re, *Ante omnia enim inquit Lactant. Divin. Instit. l. IV. c. V. qui
veritatem studet comprehendere, non modo intelligendis Prophe-
tarum vocibus animum debet intendere, sed etiam tempora, per quae
quisq; illorum fuerit, diligentissimè inquirere, ut sciat & quae futura
praedixerint, & post quot annos, praedicta completa sint. Nec diffi-
cultas in his colligendis in est ulla Testati sunt enim sub quo quisq;
Rege divini Spiritus fuerit passus instinctum &c. Priorem inter
hos locum assignamus JONAE. Quidam volunt eum fuisse vi-
duae Sareptanae filium, quem resuscitavit Elias. 1. Reg. XVII.
Et quod Elifa eum ordinavit Prophetam, miseritq; ad unguendum*

Jehu fil. Nimschi, quod factum A. M. 3063. ומפני שנתאמהו דבריו h. e. ideo quod verba ejus semper fuerint verificata, nominatus est Filius Amitbai. vid. Abarben. comm. in Jon. Quod si firmò niteretur talò, absq; contradictione primus ipsi locus deberetur. Verùm obstat, quod vidua illa fuerit gentilis, ex Sarepta Sidonia Luc. IV. 26. Jonas verò de seipso testatur, quod sit עברי Ebraeus. v. 9. c. I. & collatio 2. Reg. XIV. 25. docebit, eum fuisse ex Gath Chepher, oppidò Zabulonis Jos. XIX. 13. Quo praecisè tempore vixerit, indicari haut poterit. Ex 2. Reg. XIV. 25. tamen patet, eum sub Jerobeamo II. cujus regni initium incipit A. M. 3113. vel etiam antè sub Joa, vixisse. Victorias enim, quas Jeroboam ab hostibus retulit, praenunciavit. Concludendum adeo eum vel sub initio, vel etiam ante Jerobeamum, cujus ultima cum primis Uzviae Regis Judae, quibus nec Esaias nec Hoseas Prophetas agebant, coincidunt, prophetasse.

§.5. De Esaias, Hosea, Amoso & Mich a tradunt Ebraeorum Veter. v. Abarben. Comm. in Hos. l. 1. כלם נתנבאו בפרק אחר ושהושע נבא ראשונה שנאמר תחלת דבר ה' בהושע וכי עם הושע דבר תחלה והלא משה ועד הושע הו' כמרה נביאים אמר רבי ווחנן תחלה לארבעה נביאים שנבאו כאותו הפרק ושעמוס נבא אחריו וישעיהו אחר עמוס והביאו ראיה על זה סמך שנאמר בישעיהו וינעו אמורת הספים ואותה נבואה היתה בשנת מות המלך עזיהו בהתחלת נבואות ישעיהו וכמו שזכרתי שם ובעמוס נאמר שנתיים לפני הרעש שמורה שעמוס נבא קודם שנת מות עזיהו ומיכה היתה אחרון לכולם שנאמר בימי יוחם אחז יהזקיהו ולזכר omnes prophetasse uno tempore. Prius verò Hoseam, eò quod dicitur c. 2. Initio locutus est Dominus per Hoseam. Initio igitur cum Propheta est locutus. Quid? nonne à Mose ad Hoseam fuerant aliquot Prophetæ? Respondit R. Jochanan, initium restringendum esse ad quatuor illos Prophetas, uno tempore, qui prophetæ

prophetarunt. Post eum (Hoseã) Amosum; & Esaiam post Amosum; rationem ducentes ex eò quod Es. VI. 4. dicitur. Et commoti sunt postes liminum, quæ Prophetia contigit annò, quò mortuus est Ussias, cum Esaias Prophetias suas inciperet, uti ibid. dixi. Ex eò, quod Amos I. i. scribit: Bienniò ante motum terræ. Quod docet Amosum ante annum obitus Ussiae Prophetasse. Post hos verò omnes Micham. dicitur enim c. I. in diebus Jothami, Ahas, Hiskiae, neq; dicitur eum tempore Ussiae Prophetasse. vid. & Raschi. ad Hof. I. i. Verùm ratio pro prioritare ex Hof. I. 2. desumpta, planè est nulla. Initium enim ibi respicit objectum revelatum, statimq; subditur, quid illud sit, ut & ipsi Judaei agnoscunt. Hinc B. Tarnov. Com. in Araos. Conjectura si hic locum habet, optima, inquit, eorum videtur, qui statuunt, fuisse eum inter Prophetas, quorù vaticinia adhuc supersunt, secundum. Cum Jonas praecesserit tempore Amaziae, filij Joas Regis Judae 2. Reg. XIV. 23. 25. Hoseas autem aliquanto post Amos videtur coepisse, quia is sub pluribus Regibus & diutius prophetavit, quem si sequamur, jungendus Jonae erit Amosus. Amoso HOSEAS, Hoseae ESAIAS, Esaiæ MICHA, qui Ussia mortuo, cum regnasset 52 ann. regnante ejus Filio Jothamo, A. M. 3190, prophetavit. Huic seriei acriter se opponit R. Abarbenel praef. in Esaiam. contendens, Esaiam & Hoseae & Amoso, habitae temporis ratione, praefereendum: occupatior tamen est in destruendo, quam probando. Quod ex 2. Paral. XXVI. 22. ubi dicitur, Esaiam Prophetam res priores & posteriores descripsisse, adducit, ex eo intentum solidè non probabit, Esaiam nempe initio regni Ussiae, quod incipit An. M. 3138. jam tum Prophetam egisse. Sed cum certum eodem tempore hos, Amosum, Hoseam & Esaiam, ut ἐμπεραστὴν testatur, vixisse. Difficile fuerit, tacente Scriptura, dixisse, cui horum προφητῶν prior velposterior locus debeatur. Sequatur, quod quisque probabilissimum judicarit. De JEREMIA & ZACHARIA itidem Spiritus Sanctus in exordiis illorum Prophetiarum revelavit, eos esse coetaneos. Et quidem Jeremiae obtigisse Prophetiam Anno decimò tertiò Regis Josiae, cujus

jus regni initium incidit in A. M. 3308. An verò Zephania Jeremiam, praevertit? Scriptura tacet. De DANIELE ex c. I. ejus Prophetiae, quod Anno tertio Jojakimi, (qui Imperium suscepit An. M. 3339.) Babylonem abductus sit constat. Ibiq; v. 17. *Danielem DEUS spiritum reddidit in omni visione & somniis.* Quo tempore EZECHIELI Prophetia obvenit; docet ipse c. I. 1. 2. nempe Anno quinto à deportatione Regis Jojacinis sive Iechoniae, qui coincidet cum An. M. 3355. HAGGAJUS incoepit prophetare, post captivitatem mense sexto, vid. v. I. c. I. & ZACHARIAS mense octavo, Anni secundi Darii vid. v. I. c. I. qui coincidet cum An. M. 3527. ESRAE liber incipit à primò Cyri annò, regni sc. Babylonic, qui A. M. 3419. Sed septimò Artaxerxis, qui A. M. 3552. ascendit Hierosolyma vid. c. VII. NEHEMIAE, ab Anno vigesimo Artaxerxis, qui A. M. 3565. Atq; hi sunt libri Biblici, quorum de Autoribus & temporibus, quibus vixerunt, è sacris constat.

§. 6. Caeteros quod attinet, quum eorum tempora valde sint controversa & pleraq; conjecturis nitantur, quid multi scripserint, hic non congeremus. Sed unam alteramq; sententiam, eligat eruditus Lector, quam velit, hic afferemus. Mose defuncto Iosua Israelitici populi A. M. 2494. Dux factus. Quamdiu praefuerit non aeq; constat, aliis ipsi 18. ann. al. 26. ann. al. 28. ann. al. 31. adscribentibus. Iosua quovq; libri hujus Autorem & scriptorem esse plurimi negant, sortitumq; hunc librum nomē ex eo, quod Iosuae de Imperio & rebus gestis agat, volunt. Autorem verò esse vel Efram, vel Eleazarum Aaronis Fil. vel Samuelē vel ab aliquo ex quodam antiquo commentariò, cui titulus, liber justorum, collectum. Nituntur eò, quod saepe dicitur, hoc vel illud ad praesentem diem durare, quod attribui Iosuae, utpote cujus tempore hoc vel illud evenit, non potest. Adducunt histor. de Achsa. c. XV. de filiis Dan. c. XIX. quae post mortem ipsius contigere. Imò historiam ipsius de morte c. XXIV. Quicquid tandem sit de Autore: Materia libri si respicia-

spiciatur, subjungendus venit Deuteronomio. Josuam excipit
 liber JUDICUM, si materiã consideres, bene: Cum de Autore du-
 bitetur. Quidam putant singulos Judices vel eorum actuarios
 in commentaria retulisse, quæ ejusq; temporibus evenerunt.
 Samuelem autem vel Efram vel Jeremiam vel Regem Ezechiam
 potius, in unum volumen istaec collegisse. Conjecturam de Eze-
 chia confirmat illud, scribit B. Gerh. in L. de Scriptura sacra, quod
 Amanuenses ejus quaedam Salomonis proverbialia in unum contu-
 lisse dicuntur Prov. XXV. 1. Plures tamen, tam Ebraei quam
 Christiani, Samueli hunc laborem attribuunt. *Et hoc verò,*
inquit Walth. offic. Bibl. p. 931. non adeò est absimile, quando qui-
dem ipse Judicibus annumeratur & cum filiis suis locum inter illos
occupavit postremum, licet hic nulla ejus sit mentio. Cujus taciturni-
tatis causam Tostat. q. 4. in c. II. *refert in Auctorem, quod suis*
de rebus, in quibus & Eli res nexae sint, narrare ipse nihil voluerit.
 Sequitur libellus RUTH, Cujus historia, quò tempore contigerit
 incertum. Certum verò ex c. I. v. r. tempore Judicum contigisse.
 Cujus verò? Quidam tempore Ebzanis A. M. 2765. immò Boas, Ru-
 tham qui duxit, esse ipsum illum Ebzan. Ruth verò fuisse fili-
 am Eglon, Regis Moab, cujus mentio Jud. III. 13. Quidam, tem-
 pore Deborahae, quidam tempore Heli contigisse, putant. *Sed*
Historia Ruthae, dicit Gerh. l. c. videtur antiquior, scribitur enim
facta in diebus unius Judicis; eorum scil. qui in libro Judicum de scri-
buntur. In re dubia praestat mixta, quam temerè aliquis de fini-
re. Scrupulum parit, quod libellus finitur in Davide, quò ipso
recentior videtur statui. Sed dicendum videtur Walthero offic. cit.
illud de Davide postea fuisse adjectum. At à quonam? Quidam
 Autorem faciunt Ezechiam, quidam Efram, plures Samuelem,
 hunc libellum quasi colophonem libro Judicum adjicientem.
 SAMUELI duo adscribuntur libri, non tam ut Autori scriptionis,
 quã rerum plurimarum gestarum. Hoc ex I. Par. XXIX. 29. certum;
 prioris libri ad c. XXV ubi mors ejus describitur, Autorem esse
 Samuelem. Reliqua sunt adjecta, vel ut quidam volunt à Jeremia,

vel Ezechia, vel Esra vel Nathane & Gado, quò facit i. Par. XXIX, 29. De libris REGUM scribit Walth, in Offic. p. 950. *Probabilius est, Historiam hanc à diver sis Prophetis (Nathane, Achija, Semaja Jddone, Azzaria, Jehu & Micha jehu) aut etiam sacerdotibus, qvium publici omnium temporum erant actuarij, originaliter fuisse conscriptam, & postea ab uno in ordinem redactam.* Qvis verò ille? alii Jeremiam', alii Esram advocant. Librorum *παρὰ γενεαλογιών* sive CHRONICORUM Autor communiter statuitur Esra, unde & ab Ebraeis post Esram ponitur. Quae sententia probabilis ex eò, quod recensio Genealogiae extendatur ultra reditum è captivitate Babylonica i. Paral. XIII. Ejus, ceu jam pridem per pessae, mentio fit c. X, 45. & concluditur cum reditu è captivitate in terram sanctam: iisdem penè verbis, quae sub initio libri Esrae habentur. Innotuit verò Genealogia ex libris antiquis, ut Jarchi

ad v. 12. c. VII. ex Talmud. Babyl. refert **ספרים מצא עזרא** וכל אחד ואחד מן היחס ומי שמצא כרז ומה שלא מצא לא כתב *tres libros, unum quidem de genealogia invenit Esra. Quodq, invenit, scripsit, quod verò non invenit, non scripsit.* Nonnulli tamen Jeremiae aliquas dant partes. ESTHERAE libri Autor itidè dubius est. Qvibusdam Esra, qvibusdā Joachimus, Pontificis Ebraeorum, Jehu, Sacerdotis Magni filius, qvibusdam videtur esse Mardochaeus, qvibus favet c. IX, 20. 23. Notandum nomen DEI in eone semel qvidem occurrere. Audi Aben Esram **הנה אין במגילה**

הוא זכר השם והיה מספרי הקרש ורבים השיבו כי הנה במקום אחר וזה איננו נכון כי לא נקרא השם מקום בכר ספרי הקרש רק נקרא מעון שהוא לעולם גבוה וקדמונינו ז"ל קראוהו מקום בעבור שכל מקום מלה כבודו ועוד מה טעם למלה אחר והנכון בעיני שזאת המגילה חברה מרדכי וזה טעם וישלח ספרים וכלם משנה ספר אחר שהנה המגילה כטעם פתשגן והעתיקה הפרסיים ונכתברה ביברי הימים של מלכיהם והם היו

היו עוברי עברה זרה והיו כותבין תחת השם הנכבד והגורא שם
 תועבתם כאשר עשו הכותים שכתבו תחת בראשית ברא אלהים
 כן id est, *Ecce non commemoratur in hoc libro nomen DEI, tamen refertur in-
 ter libros sacros. Quidam respondent DEUM vocari מקום locum
 c. IV. 14. Sed falluntur. DEUS enim in sacris nullibi vocatur מקום
 locus, sed מקום Habitaculum, quod semper ex altatum. Antecesso-
 res nostri vocarunt DEUM מקום locum, eò quod omnis locus gloriae
 ipsius plenus. Quomodo verò explicabitur dictio אחר alius v. 14?
 Mihi videtur librū hunc composuisse Mardocheum, dicitur enim c. X.
 20. 30. & misit libros, quoslibet nempe duplicatum, quod est מגילה
 volumen, ac si diceretur פרשגן exemplar. Transulerunt verò eum
 Persae & adjecerunt eum Annalibus Regum ipsorum. Cum verò fu-
 erint Idololatrae loco nominis DEI scripserunt nomina idolorum i-
 psorum, ut fecerunt Cuthaei, qui pro eo, in principio creavit Elo-
 him, scripserunt, in principio creavit Aschima. In honorem & gloriam
 adeo nominis DEI mentionem ipsius hoc in libro non fecit Mardochai,
 Refertur haec historia ad Darium Hystaspidem A. M. 3485. De
 aetate & scriptore libri Jobi variae itidē Auctorum sunt sententiae.
 Sunt, qui putent eum fuisse ex posteris Nachor fratris Abrahami.
 Aben Ezra scribit verisimile sibi videri שהיה מבני עשו והענין
 מוכיח בארץ עוף כמו שושי ושמהי בת ארום ושבת בארץ עוף
 ולא יתכן לומר שלה היה בעולם בעבור שאמר יחזקאל ונח
 דניאל ואיוב ואם אמר טוען אולי איוב אחר היה שהזכיר הנביא
 יאמר לו אם כן אמר כן ברניאל ונח והנרר כתוב בפסוק אחר
 אם יעמוד משרה ושמואל לפני ואף כי מצאנו שמואל בן עמוהור
 והנה לנ מצאנו איוב אחר כתוב בספרי הקדש והאומ' שהו'
 יובב בן זרח מבצרה שמא כהלום ראה זה כי אין לו על סה
 ישען לא ער דברי הנביאים ולא על מה שהעתיקו הכמינו
 quod fuerit de posteris Esau, quod probatur, quia dicitur, in terra Uz.*

uti Thren. IV. 21. gaude & lactare filia Edom, habitans in terra
Uz. Neq; convenit dicere, cum non extitisse. Hesech. XIV. 14. 20.
enim conjungit Noachum, Danielelem, Jobum. Si verò opponens
dixerit, fortè diversum ab hoc esse, cujus meminit propheta, responde-
atur, si res ita se haberet, idem quoq; de Daniele & Noacho dici posse;
Ecce, Jerem. XV. 1. mentionem facit Mosis & Samuelis. Quam-
vis autem inveniamus alium Samuelem filium Amibud, non tamen
invenimus in sacris alium Jobum. Qui verò dicit Jobum esse Jo-
babum filium Serach ex Bozra. Gen. XXXVI. 33. fortè somnians haec
vidit nullo, neq; Prophetarum neq; Veterum nixus. Alii tamen eum
esse Jobabum probabilissimum judicant. vid. B. Gerbard, in L.
Quicquid tandem de hoc sit, communiter creditur eum
ante Mosen vel ipsius tempore extitisse, natum cum Isra-
elitae Aegyptum ingrederentur denatum cum egrederentur.
Rationem quoque addunt, quia post latam legem nemini li-
cuit alibi, quam coram arca seu tabernaculo DEI sacrificare sine
mandato singulari. Quis verò autor libri? quidam adducunt
Amicos Jobi, alii ipsum Jobum Arabicè sua exarantem. Verùm
paucissima sunt in eo, Arabismum quae sapiunt. Non displicet
B. Gerhardo in L. quod Jobus rerum suarum historiam an notaverit
lingvâ Arabicâ, quae in quibusdam hujus libri capitibus, praesertim
in amicorum colloquiis adhuc exstat. Moses autem in Ebraeam lin-
gvâ eandem transulit, ac principium ac finem adjecit, quo sensu eti-
am dictum Origenis lib. 1. in Job. Mosen librum Jobi apud Jetbro
focerū in Midian invenisse ac filiis Israel proposuisse, ut patientiam ex
discerent, accipi potest. Coeterum, etiamsi quorundam libro-
rum Canonicorum autores secundarii ignorentur, cum tamen de
Autoritate Canonica in Ecclesia semper constiterit; quis haec
scripserit? acuto S. Gregorii judicio in c. X. Job. valde super vacan-
tes quaeritur, cum tamen autor libri Spiritus Sanctus credatur. Ipse
igitur haec scripsit, qui haec scribenda dictavit. Si magni cujus-
dam viri, susceptis Epistolis, legeremus verba, eaq; quò calamo essent
scripta quaeremus, ridiculum profecto esset, si non Epistolarum auto-
rem scire, sensumq; cognoscere, sed quali calamo earum verba im-
pressa fuerint, indagare studeremus.

S. 7. In

§. 7. In XII. Prophetarum quoque numero sunt, de quorum aetate praecise à sacris nihil certi colligi potest. Regum enim sub quibus prophetarunt, secus quam reliqui, non faciunt mentionem. Sic Joelis ignoratur aetas. אין לנו דרך לדעת דורו non possumus; scribit Esra, cognoscere ipsius aetatem. Ad v. i. c. I.

scribit Radak. זה הנביא נתנבא תחלה על הארבה שיביא הארץ ויהיה בארץ ישראל על עונותיהם ואחר כן נתנבא נבואה עתידה לזמנת המשיח יש אומרים כי בימי יהורם בן אחאב נבא זה הנביא שהיה רעב בארץ כמו שאמר כי קרית ה' אר' הרעב וגם ב' אל הארץ שבע שנים ה' שנים היו ה' מיני ארבה וה' שנים היו הגשמים נעצרים ובסדר עולם אמר כי בימי מנשה נבא ואמר וואר' נחום הקוק נתנבאו בימי מנשה ולפי של' i. e. Hic Propheta vaticinatur initio de locusta, quam DEUS Ben. in terram Israelis propter iniquitates eorum esset immisurus & deinde vaticinatus est de temporibus Messiae. Et sunt, qui dicunt, eum in diebus Jorami, filij Achabi, vaticinatum, futuram esse famem in terra. Uti dicitur 2. Reg. VIII. i. quod vocavit Jehova famem, quae etiam venit super terram per septennium. Quatuor annis fuerunt quatuor genera locustarum & tribus annis fuerunt pluviae cohibitae. Juxta verò Seder Olam, prophetauit diebus Manassis, dicitur enim: Joel. Nachum. Chabakuk prophetarunt diebus Manassis, Quia verò Manasse non fuit pius, non appellantur nomine ejus. Manasses capescit Imper. A. M. 3251. Alii sub Amasia, qui regnò potitus A. M. 3109. Alii sub Joramo. A. M. 3046. Alii sub Josia, qui regnum coepit A. M. 3308. prophetasse volunt. Alii ארבעה עשר eum faciunt Esaias & Hoseas, juxta regulam Hieronymi, Prophetam quemque, cujus tempora non sunt expressa, referendum ad superioris Prophetas terminos, cujus exprimuntur anni. Ante primam Hierosolymorum & Templi vastationem eum vixisse, ex eo colligitur, quod adventum hostis a-babiloniaris. i. e. Babylonii praedicit c. II. OBADIAM quod attinet, juxta

juxta regulam Hieronymi, quidam eum Hofeae, Joeli, Amolo, faciunt coetaneū. Kimchi fatetur, זה הנביא לנא ידענו באותו דור תתנבא ודעת ר"ל שזהו עובדיה שהיה עם אחאז ועוד אחרים כי עובדיה גר ארוטי היה *nos non scire, quo tempore vixerit. Juxta Veteres esse eum eundem, qui tempore Achabi vixerit, eumq; fuisse Edomaeum.* Aben Ezra duos hosce hīc confundi sentit, rationem tamē qvā addit, Obadiam, qvi tempore Achabi, fuit, vocari יתנבא יראת יי אהבה *timentem Dominū*, hunc verò נביא Prophetā, esse adeo diversos, exagitat Abarbenel. in Comm. Obad. Prophetiam ejus v. 10. & 12. si inspexerimus, qvum sit adversus Edumaeos ἐπιμαρτυράσας, & vastationi Hierosolymorum collaborantes directa, non à re conjicitur, eum post deportationē Jojakimi, fortè tempore Sedechiae, qvi suscepit regimen A.M. 3350. prophetiā hanc edidisse. De Nachum Judaei quidam scribunt, qvod vixerit tempore Manassis. Kimchi & Ezra דורו לא ידענו *non scimus aetatem ipsius.* Ex Propetiae materia colligitur, eum post decem tribuum deportationem & ante Nineves eversionem, de qua loquitur, ut evertendā, vixisse. Qvibusdam, temporibus Hiskiae, qvibusdam temporibus Jesaiae vixisse, videtur. CHABAKUKUM quidam tempore captivitatis Babylonicae & bienniō antè, qvam solveretur, è vita discessisse, putant. Sed Prophetia illa huic tempori non convenit. vid. v. 6. 7. c. I. Alii tempus Manassis vel Josiae, ut adeo סגל צדק sit Jeremiae, ei attribuunt. Nec huic attribuendum, qvod Apocryph. eum Danieli in lacu leonum cibum attulisse, referunt. Chronologia enim repugnat אכר זה הוא קשה מאד להאמינו כפשוטו כ"ה חכקוק היה בימי מנשה שמלך יותר מתשיעים שנה קודם מלכות נבוכדנצר ודניאל הושלך לבור אחר שנשלמו שבעים שנה למלכות נבוכדנצר אין יתכן כן שהיה כן i. e. *Juxta literam verò hoc intelligi vix poterit. Cbabacucenim, scribit Abarbenel. comm. in Hab, vixit tempore*

pore Manassis, plus quam nonaginta annis ante regnum Nebucad-
 nezaris. Daniel verò projectus est in foveam postquam completi sunt
 septuaginta anni Nebucadnezaris, quomodo ergo haec ita quadra-
 bunt? &c. MALACHIAM quod attinet, quidam eum cum Mar-
 dochaeo, alii cum Esra eundem faciunt, sed refutantur ab Abarbe-
 nele comment. in Malach. Alii putant, ejus, sub nomine מלכיה
 Neh. VII. 4. mentionem fieri, verùm Malachi & Malcija tan-
 tum differunt, ut idem unius viri nomen esse vix possit. Re-
 stat igitur eum esse diversum ab his, שהוא שמו כאשר הוא כתוב
 והוא סוף הנביאים ובעבור זה הזוהר זכרו תורת משה עברי כי
 כמותו נפסקה הנבואה מישראל? quem ad modum scribitur, ultimumq;
 Prophetarum, ideo quoq; dicit c.
 IV. 21. recordamini legis Mosis servi mei, ipso enim mortuo, ablata
 est Prophetia ab Israele. Tempus ipsius quidem ignoratur. Ipsa
 tamen Prophetia docet, eum reaedificatō jam templo, vixisse,
 atq; Nehemia & Esra jam tum tacta, iterumq; repullulantia vitia
 Israelitarum corrigere intendisse. Non improbabilis eorum est
 conjectura, qui vergente jam Nehemia, eum vixisse, autumant.

§. 8. Quaerit R. Abarben. disquisitione secunda praemissa
 Proph. Min. Cur quidam Prophetæ Regum, sub quibus prophe-
 tarunt, adeoq; temporis faciant mentionem, alii verò non? Re-
 spondet. זכור בנבואות קצת הנביאים הזמן לא להודיענו מתי
 היה אותו נביא כי אם לענין הנבואות וצרכם ובאור זה שהנבואות
 שהיו מתיחסות למלכים והיה בהם דבר מענינם הוצרכו להודיע
 בתחלתו בזמן איזה מלך או מלכים היו h. e. mentio facta fuit à quibus-
 dara Prophetis in ipsorum Prophetiis temporis, non eo fine, ut scire-
 mus, quando vixerit ille Propheta: sed hoc requirit argumentum
 Prophetiarum, quod nempe Prophetiae fuerint dictae Regibus, Cumq;
 ipsorum de rebus in his vaticiniis agatur, necesse fuit indicare ab ini-
 tio, quorū Regum vel cujus Regis tempore vixerunt. vid. ibid. plura.

§. 9. Ex

§. 9. Ex haecenus dictis non poterit esse obscurum, quo
 ordine, habita temporis unius cujusq; quo vixit ratione, Prophe-
 tae incedant. Si verò Ebraeorum Biblia inspexerimus, hoc non
 observatò, occurreret, eà in tres partes divisa, nempe תורה *legem*
 נביאים *Prophetas* & כתובים *Hagiographa*. LEGEMQUE conti-
 nere quinque libros Moſis. PROPHETAS distingvi in ראשונים
priores, qui sunt Josuae, Judicum, Samuelis & Regum, & אחרונים
posteriores, eosq; גדולים *maiores*, qui sunt Esaias, Jeremias, Eze-
 chiel, (*In Bav. Bath.*) Jeremias & Ezechiel praeponuntur Esaias, ra-
 tionem trahunt ex eo שהיה ספר מלכים סופו חורבנה וירמיהו
 כוליה חורבנה ויהוקאל רשיה חורבנה וספירה נחמתה וישעיהו
 כוליה נחמתה וסמיכותן חורבנה אחורבנה ונחמתה ונחמתה
quod libri Regum finiant in desolatione. Jeremias per totum vastationem tractet, Ezechiel ab initio, sub finem verò de consolatione, E-
saias verò per totum de consolatione, adjunxerunt adeo vastationem vastationi & consolationem consolationi. Verum hunc po-
 situm jam inde à captivitate Babylonica non fuisse observatum,
 rationem esse futilem, neq; Esaiam ubiq; de consolatione, sed &
 de vastatione agere, evincit Abarben. disquisitione 1. in Esaiam.)
 & קטנים *Minores*, qui sunt Hoseas. Joel. Amos. Obadias. Jo-
 na. Micha. Nahum. Habakuk. Sephanias. Haggaeus. Zacha-
 rias. Malachias. Hi jam antiqvis à temporibus in unum sunt
 compacti, ut non solum Talmudistarum testimonio, sed etiam
 ex Act. VII. 42. Syr. XLIX. 12. probatur, habità & parvitas, &
 ejusdè argumenti, ut Abarben. praefat. in Proph. Min. f. 224, c. I.
 כהיות נבואתם קטנות והיה איפשר שיאכרו בנקל וכהיות
 כו"ן משתפוט בענינם והגדת מהעתידות לכן מנו אותם ספר
 אחד *cum Prophetiae ipsorum sint parvae & facile perdipossint, o-*
mmesq; ejusdem argumenti & de futuris, proinde retulerunt illos in
unum librum, docet, ratione: Ad HAGIOGRAPHA referri. Can-
tic, Ruth. Thren. Ecclesiast. Esther. (hos subjungunt Penta-
 teucho,

tencho, eò, quod Cantic. in festo Paschatos: Ruth, Pentecostes: Thren. d. 9. Julii, quò templū exustum. Ecclesiast. Tabernaculorū, Esther, in diebus purim 14. & 15. Mensis Adar sive Februarii, in Synagogis publicè legant.) Psalmos. Proverbia. Hiob. Daniel. Esra cum Nehemia. Paralipom. Hos omnes si connumeraris vel 22. vel 24. vel 27. libros V. T. Canonicos habebis. Viginti duos quidam numerant & sic Ruth cum Judicum, Threnos cum Jeremia conjungunt, duobus quoque Samuelis, Regum, Chronic. Esrae, pro uno numeratis, & hoc, cum respectu ad Ebr. literas, *Quomodo igitur*, scribit Hieron. in Prol. Galeat. sive praef. in libr. Regum, *viginti duo elementa sunt, per quae scribimus Hebraicè omne, quod loquimur & eorum initium vox humana comprehenditur, ita viginti duo volumina supputantur, quibus quasi literis Exordiis in DEI doctrina tenera adhuc & laetens viri justii eruditur infantia &c.* Alii Ruth à Judicum, & Threnos à Prophetia Jeremiae divellunt, numerantq; libros XXIV. idq; in honorem nominis יְהוָה, quod triplicatâ Jod literâ antiquitus expressum, hoc modò יי יי יי Hinc Biblia עשרים וארבעה *Viginti quatuor cõmuniter vocatur.* Alii etiam Libros Samuelis, Regum, Chronic. divellunt, numerantq; XXVII. juxta numerum itidem Characterum Ebraeorum, inter quos כסנפס aliter infine scribuntur. v. *Hieron. prol. Gal.*

§. 10. Hujus de divisionis & ordinis antiquitate, & quid causae sublit? operosius quaeritur. Et primum quidem quod attinet, antiquitas ipsi planè nõ potest denegari. Non solùm enim in Targ. Cantic. v. 10. Edit. Venet. & in Talmude aliquoties hujus divisionis fit mentio, sed & in Masora: & addit Buxtorf. com. Masor. p. 27. *Haec divisio Christo salvatori nostro nota fuit, & indicata eò, quando dictum. Oportet impleri omnia, quae scripta sunt in Legge, Prophetis & Psalmis Luc. XXIV. 44. ubi Psalmi ponuntur pro omnibus libris, qui Hagiographorum parte continentur, ex quibus etiam in Novo Testamento quaedam citantur, tanquam impleta. Alibi duas (partes) tantum nominavit, unde illud. Lex & Prophetarum usq; ad Johannem, Luc. XVI. 16. Alibi per Synecdochen pars tota scripturae*

pturae ponitur pro uno libro unius partis ut Marc. I. 2. Joh. VI 45.
&c. Quid? quod Elias Levita praefat. 3. in librum suum Masoreth
Esrae & Synagogae magnae hoc ascribat כִּי לֹא הָיוּ הַכֹּתָבִים

מִחֲבָרִים יָחַד וְהָיוּ חֲבֵרוֹם וְעָשׂוּ מֵהֶם גְּזוּ חֲלָקִים תּוֹרָה נְבִיאִים
i. e. Non enim fuerunt omnes viginti quatuor libri una
colligati, sed ipsi conjunxerunt eos ac fecerunt ex ipsis tres partes,
Legem, Prophetas & Hagiographa. Partitio haec in Ecclesia pri-
mitiva retenta fuit, ut adeo antiquitate satis cluat. v. Hieron. Prolog.
Galeat.

§. II. Verum concessa antiquitate, tempore primaevo non
omnes, qui jam Hagiographi, illorum censu venisse, probari po-
terit ex eo, quod antiquiores Judaei & Christiani non nisi viginti
duos libros V. T. numerarint. Sic Origen. ap. Euseb. H. E. I. VI.
c. 25. ἡ ἀγνοησις δὲ εἶναι τὰς ἐκδιαθήκας β. β. β. ὡς ἑβραῖοι παραδίδο-
σιν, δύο καὶ εἴκοσι ὅσ' ὁ ἀε. Θυμὸς τῶν παρ' αὐτοῖς συγγραμμάτων ἐστίν. ἀπὸ μετα-
πνεῖ ἐπιφύσει λέγαν. εἰσὶ δὲ αἱ εἴκοσι δύο βιβλῆς καθ' ἑβραῖους ἄ. δ. e.
Sciendum est, Veteris Testamenti libros duos esse ac viginti, sicut ab E-
braeis traditur: qui numerus etiam literarum apud eos habetur. Et
paulo post subdit. Sunt autem viginti duo libri juxta Ebraeos hi.
Recensentur hic I. Genesis. II. Exodus. III. Leviticus. IV. Nu-
meri. V. Deuteronomium. VI. Jesus filius Nave. VII. κριταί,
ῥάθ, παρ' αὐτοῖς ἐς ἐνὶ Σωφείμ. Judices & Ruth uno volumine com-
prehensi, quod vocant Schophetim. VIII. Regnorum primus &
secundus sive Samuelis libri. IX. Regnorum tertius & quartus
sive Regum 1. & 2. X. Paralipomenon primus & secundus. XI.
Esdras primus & secundus. XII. Psalmi. XIII. Proverbia. XIV.
Ecclesiastes. XV. Canticum Canticorum. XVI. Esaias. XVII.
Ἱερεμίας σὺν Θρήνοις καὶ τῇ ἐπιστολῇ ἐς ἐνὶ Jeremias cum Threnis & E-
pistola in unum compactus. XVIII. Daniel. XIX. Ezechiel. XX.
Job. XXI. Esther. XXII. δωδεκαπρόφητων, quod incuriā quadam
est omisum. Consentiant Cyrillus. Epiphanius. Gregor. Naz-
ianzenus. Athanasius. Nicephorus. Leontius Bizantinus. Da-
mascenus

mascenus. Hilarius. Hieronymus, aliq; quos v. in L. de S. S. apud
Gerhard, p. 35. Ruth adeo & Threni sub Prophetis comprehensi.
 Ordo & numerus Hagiographorū, test. Eliā, in c. I. *Baba Bathra*
 hic est. Ruth. Psalmi. Job. Proverbia, Ecclesiastes Cant. Cantic.
 Threni. Esther. Chronica. v. *Clav. Hötting*, p. 455. Iuxta hos igitur
 Talmudicos, Daniel & Esra pertinent ad Prophetas. Imò sisti-
 mus antiquiorem testem, ipsum nempe Josephum, qui hisce ab
 Eusebio H. E. c. X. lib. III. inducitur. *Ου μυριάδες ἔν εἰσι βιβλία
 πρὸς ἡμῖν ἀσμφόρων ἢ μαχομένων. διό δὲ μὴνα πρὸς τοῖς εἰκοσι βιβλία,
 ἔχει τὸ ἔχοντα χεῖρας τὴν ἀναγραφὴν, τὰ δὲ δικαίως θῆνα πεπιστευμένα, ἢ τῶ-
 νων πεντε μὲν ἐστὶ τὰ Μαυσοῦν ἀπὸ δὲ τῆς Μαυσοῦσας τελευτῆς μέχρι τῆς Ἀρτα-
 ξέρξεως ἔπειτα ζεξέρην πρῶτων βασιλέως, αἱ μετὰ Μαυσοῦν Περσῶν τὰ κατ'
 αὐτὸς προχθέντα συνέγραψαν ἐν ἑσπερίῃ καὶ δεκά βιβλία. αἱ δὲ λοιπαὶ τρι-
 σκαιεὶς ὕμνοι εἰς τὸν θεὸν ἢ τῶν ἀσφάτοις ὑποθήκας ἔστι βίβλις πρὸς ἑκατόν.*
Apud nos nequaquam innumerabilis est librorum multitudo dissen-
tientium atq; inier se pugnantium, sed duo duntaxat & viginti libri,
totius praeteriti temporis historiam complectentes, qui merito cre-
duntur divini. Et quinq; quidem sunt Moysi &c. A Moysi autem inte-
ritu ad imperium usq; Artaxerxis, qui post Xersem regnavit apud
Persas, Prophetarum qui Moysi successere, res sua aetate gestas tredecim li-
bris complexi sunt. Quatuor reliqui hymnos in DEI laudem &
praecepta vitae hominū exhibent utilissima. Ex hisce sole meridia-
no clarius, Veteres tercia Hagiographorum parte non undecim,
vel novem; sed quatuor tantum libros, nempe Psalmos, Prover-
bia, Ecclesiasten & Canticum, comprehendisse: secus quam seqvior-
is aetatis Judaei fecerunt.

§. 12. Quaeritur jam quid illos induxerit, ut ita V. T. divi-
 serint, hosq; undecim ad *כתיבי* Hagiographa retulerint? Mosi
 quidem, ut antiquissimo, merito primum locum assignarunt, imò
 praerogativam, quae consistit 1. in alloquio *פה אל פה* ore ad os 2
 in visione non aenigmatica, 3. in visione similitudinis Domini,
 vid. *Summè Reverendi atq; Magnif. Dn. A. Varenij, S. Theol. D.*
P. P. & Senior. Seren. Duc. Meg. Consist. Adessor. Praeceptoris
nostri

nostri venerandi, Decad. Bibl. in Num. p. 60, ubi & interpret. Junj
& Tremel. Vulgat. Luth. phosphoro accentuatione, emendan-
tur, ipsi debere, clarius est ex Num. XII. 8. quàm ut quis du-
dubitet, eam tamen nimis Judaei extendunt. Auctoritatem reli-
quorum ~~ἁπλοῦς~~ planè elevant, si vera, quae Manasse Concil.
p. 161. ex Joseph. Alb. Ikkarim l. 3. c. XVII. refert. *evenit* Propbeta-
rum intellectui idem, quod sensibus exterioribus, & quemadmodum qui
oculis valet, objecta qualia re vera sunt adspicit, nec tantum utrum palli-
da, an alterius sint coloris videt, verum & quem gradum coloris habe-
ant: ille contra, cui infirmus visus est, nec discernere colorem potest;
aut si discernit, gradum tamen ejus dijudicare nequit: ita etiam inter
Prophetas, qui capti reliquis praestat, rem, qualis est, videt, ejusque ver-
ba clara ac simpliciter accipienda sunt, at qui gradu humiliore est, nihil
aliud quàm parabolis & aenigmata loquitur, si verba ipsu attendas,
cum nihilominus res ipsae verae sint Observare oportet, quemadmodum
in unoquoque genere species aliqua est, quae mensura sit reliquarum,
quae sub eodem genere continentur, specierum; uti album inter colo-
res: ita Lex aut volumina Moysi, mensura sunt reliquorum librorum:
quemadmodum etiam in cantu, tanta est dulcedo omnium vocum,
quanta reliquarum harmonia cum organo aut infima voce; eodem-
modo vera aut falsa sunt reliqua scripta, quo magis conveniunt cum
Mosaica, aut ab eodem abeunt. Unde sequitur nos ex Mosaica contra
reliqua, argumenta petere posse; reliquorum verò argumenta nul-
lam vim habere ad destruendam vel minimam doctrinae Mosaicae
partem. Idem non modo in externis omnibus libris locum habet, sed
etiam in ipsis Bibliis, ac libris Canonicis; qui si quidquam habeant dis-
crepans à sententia Mosaica, necessarìo deserendi sunt, aut ita inter-
pretandi, ut cum Moysi verbis conveniant. Adjungere licet, quod in
Hidusim scribit sapiens R. Moses Gerundensis, & Gaon, R. Natan
à Sadik in Harub, quomodo oculis non valenti, una res, gemina-
ta, id, quod humi positum, altum esse videtur: ita & Prophetas mino-
res imaginatione sua deceptos; quod & innuit R. Simbon Temanita
in Siphre &c. At absint haec duriora. Ipse Spiritus Sanctus
testatur,

testatur, *πῶς γὰρ φησὶ*, putà *ισθῆναι*, de ea enim agitur, vid. v. 15. esse
θεοπροφῆταν 2. Tim. III. 16. Quemlibet Prophetarum, *ὅτι προφη-*
τῶν ἀπὸ φεσμεν esse loqvutum 1. Pet. I. 21. תורת יי הסימון
Doctrinam Domini perfectam &c. Psal. XIX. 7. אמת Veritatem
 Psal. CXIX. 142. seq. Verbum Domini esse ישר *rectura* Psalm.
 XXXIII. 4. Hoc ad solam legem Mosis non restringendum, sed
 ad quamlibet *τῶν θεοπροφῆτων* Doctrinam quoq; extenditur, de qua
 aliàs ipsi Judaei fatentur, eam datam מרעה אחר Eccles. XII. 11.
 à *pastore uno*. Qvò verò haec Judaeorum assertio de Mosis prae-
 rogativa tendat, non tacet noster Menasse, & plura qui desiderat,
 adeat. *Excellentiss. Dn. Frischmuth. Fautoris ac Praeceptoris*
mei honoratiss. dissertation. ad Deuter. XVIII. 15. edit. Jaenae An. 75.

§. 13. Sed quid fiet de reliquis? Habita quidem temporis
 ratione Mosis subjunguntur libri Josuae, Judicum, Ruth, Samue-
 lis &c. Verùm, cur Daniele, Esram, Chronica, ordine temporis
 nō servatō, ad Hagiographa retulerunt? fusius hac de re agit *Abarb.*
comm. in Daniel. font. 3. Repetendum ex superiori sect. 1. §. 21.
 quid Maimon. de Spiritu Sancto statuerit. Hisce consentiens, ut
 Abarb. f. 16. c. 3. 4. refert, scribit לא היו שרור ושלמה ודניאל

נביאים ושארן המחזרה הנאמר בהם ממרגרת היה רבו ה' אר
 אברם כמחזה ולא החלום הנזכר בשלמה ודניאל ממרגרת
 החלום הנבואיי שנאמר עליו בחלום אדבר בו והוכיח זה באמרו
 שהנביאים כאשר יתנבאו בחלום לא יקראו חלום בשום פנים
 אבל פסקו לגמרי שהוא נבואה כמו שאמר יעקוב אבינו עה
 על חלום הסולם אכן יש ה' במקום הזה ואמר אל שרי נראה
 אלי בלוי לפי שתמיד פסק שהיה נבואה ולא קראה חלום
 אמנם בשלמה כתוב ויקץ שלמה והנה חלום וברניאל נאמר
 חלמה כתב חזי הוירת בחווי לילת שתמיד קראו חלום ולכן
 הסכימה האומר לסדר ספר הניאל מכלל הכתובים ולא מכלל
 הנביאים *Davidem, Salomonem & Daniele non fuisse Prophetas,*

neq; visionem illorum pertingere ad visionem Abrahami Gen. XV. 1.
 neq; somnium Salomonis & Danielis pertingere ad somnium Prophe-
 ticū, de quo Num. XII. Hocq; probat ex eo, quod qui per somnium pro-
 phetarunt, eam nunquam somnium vocarint sed statim indicarunt
 esse Prophetiam, ut Jacob dicit de somnio scalae Gen. XXVIII. 16.
 certè DEUS est hoc in loco & dicit c. XLVIII. 3. DEUSomnipotens
 apparuit mihi in Luz, quò prorsus determinavit fuisse Prophetiam,
 neq; eam vocat somniū. Verùm de Salomone scriptū est 1. Reg. III.
 15. & evigilavit Salomo & ecce somnium. De Daniele quoq; di-
 citur c. VII. 1. somnium scripsit v. 13. videbam visionibus noctur-
 nis, ubi semper vocatur somnium. Ideo consentiunt, ut referant Da-
 nielem inter Hagiographa & non inter Prophetas &c. Secutus est
 Maimonidem R. David Kimchi praefat. in Psalm, mentem tamen
 ejus non est assecutus, ut proinde vapulat Abarbeneli לא זכר

הרב מרוח הקדש דבר מהגדרת העתירות עם היות שהחכם ה
 דור קמחי בהקדמת פירושו לספר הלים בחו"ס לכתבו גם בל"ה
 דעת נמשך אחר דעת המורה בענין רוח הקדש והוסוף מעצמו
 לומר שישים עצמו לדבר עתירות בסיוע האלהי ואילו רבין ז"ל
 האיש כוננת המורה באמרת בענין רוח הקדש ל"ה היה מוסוף
 הוספתו כי הנז הגדת העתירות לא יסבור הרב שיהיה כי אם בחלום
 הצורך או נכוחה גמורה Non meminit Maimon. ubi de Spiritu
 Sancto agit, quicquam de praedictione futurorum. Quamvis sapi-
 ens R. David Kimchi praefat. com. in Psalm. in simplicitate cordis sui
 & absq; intelligentia, in sententiam Maimonidis de Spiritu Sancto fit
 pertractus. Et de seipso addidit, quod seipsum disponat ad loquen-
 dam de futuris, DEI cum auxilio. Verùm si vir hic intellexisset in-
 tentionem Maimonidis, certè, cum de Spiritu Sancto agat, additamen-
 tum hoc non adjecisset Ecce enim praedictionem futurorum Mai-
 monides non putat fieri nisi in simplici somnio aut perfecta Prophe-
 tia. Hos & plurimi Christianorum sequuntur.

S. 14. Hanc verò Maimonidis sententiam dicit מ"ד ז"ל val-
 de absur-

de absurdum pluribusq; etiã refutat, qvod jam tum alibi fecerat

והרעת הזה לא יכור דעתו לסכול ובפור/ לספר מלכי/ וסרתו אותו כפרשה שנירת בענין שלמה כפי אמתת הכרובים ואומר עתה במדרגת השגת דניאל שהדבר יותר מכואר ונגלה בהשגתו שהיתה השגה נכואית עליונרה ובסדר עולם כשמנו הנביאים זכרו דניאל סכללם ולא אמרו זה על הרך העברה והשילוח כמו שחשב הרב אבל על צד הריוק והאמיתות והנה הסברה ישרה תורה על זה לפי שהרב כתב שהנכואר הוא שפע שופע מהשכל הפוער על הכת הדברי ועל המרמה יחד ושכאשר יהיה השפע על הרמון כלבר יהיו החלומות צודקים ונחתיוב מורה שאם לא היה ענין דניאל נכואי שיהיה חלום פשוט טבעי כאשר וחלום החלום אחרי איכלו לשבעה ואחרי שתו ואם הירח הדבר כן מי יתן וארע איר הגיע מדרגת דניאל בחלומו לראות ענין איבע

מלכוור &c. *Sententia haec non potest tolerari, & in com. in libr. Regum Sect. 2. ubi de Salomone agitur juxta veritatem Scripturarum eam refutavi. Et dico nunc de gradu apprehensionis Danielis, rem maximè esse claram & manifestam, eam fuisse apprehensionem propheticam summam. In Seder qvovq; Olam, enumeratis Prophetis, reponunt Danielem illorum in censum, neq; dixerunt eum ita improprie & ut legatum, ut Maimonides opinatur, sed proprie & vere. Ecce qvovq; ipsa recta ratio hoc docet. Maimonidis enim scripsit prophetiam esse influxum profluentem ab intellectu agente super facultatem rationalem & imaginativam simul, cum vero influxus super phantasiam solum residet, proveniunt somnia pura, ex quo necessario sequitur, qvod si, qvod de Daniele habetur, non fuit Prophetia, esse simplex tantum & naturale somniũ, quale is somniat, qvũ cibopotuq; ad saturitatem se implevit. Qvod si res sic se habet, unde noscam, qvibus modis pervenerit Daniel in somnio eum usq; ad gradum, ut viderit argumẽta qvatuor regnorũ, ita ut exfiterint, & regiones qvas occuparint prius & postea, & captivitatem populi & redemptionem eorum, itemq; prosperrimum eorum statum ad mille annos plurimis in rebus? Item qvot Reges regnaturi sint*

turi sint Romae & in Perside, it. bella Alexandri cum Dario, it. mor-
tem Alexandri, ipsius in juventute, item divisionem regni ipsius &
quod nequicquam liberis ipsius relinquatur, it. determinationem tem-
pli aedificandi & aedificati, annos angustiae & oppressionis, & tandem
desolationem ejus it. persecutiones Antigoni impii, bella Regis austri
& Aquilonis in fine dierum. it. futuram populi liberationem, resusci-
tationem mortuorum & tempus quod DEUS desinivit? Tandem

היעלה על לב בעל סברא ישרה שכר זה היה מכח הפועל המדמי מתהפך כתחב ולתוכחלום הפשוט ושכח החלום ברוב ענין ומבלתי דברים בטלים ושכל זה היה בלתי שפע מגיע אל הכח השכלי ואם חודינו שהורה בזה כח שכלי איך יהיה גדול ונמרץ ומפלא בזה ולא יגיע לגדר הנבואה וכן הוא זה ואיזה מהנביאים הכפורסמים באומרה שראו מראות אלהים כאלה ויודיעו עזירות מפלאות לאלפים מהשנים כדניאל Num quis, recta ratione qui utitur, putabit, omnia haec provenisse à facultate imaginativa versante se in sapientibus consiliis suis Job. XXXVII. 12. in somno simplici? & quod somnium ita venerit in plurimis & non vanis rebus, hocq; omne factum, ut non attigerit influxus facultatem rationalem? Si verò concesserimus absq; facultate intellectuali hoc non fuisse, quomodo erit magnus, fortis & admirandus, neq; tamen pertinet ad definitionem Prophetæ! Quis verò ille est, & ubi illi Prophetarum celebrium in populo, qui viderunt visiones Dei his similes, & indicarunt futura ad miranda post mille annos, sicut Daniel? Subsequentibus R. Mosis Nirboni effugium, somnium Danielis esse, medium inter perfectam Prophetiam & purum somnium, adeoq; somnium per Spiritum Sanctum examinatum, probatq; menti Maimonidis hoc quoq; minimè congruere.

§. 15. Ad Rationes §. 13. à Maimonide adductas, respondet

הראיה שעשה הרב מאשר קרא דניאל להשגתו הלוים אינה מענה כי לא אמר זה רק להכריח בין הנבואה החיית שבאתהו בחלום הלילה

הלילה לשאר המראות שהיו ביום ביקיצתו וגם זכירה אמר
Ratio, quam ראיתי הלילה ולא נאמר מפני זה שאינה נבואה
*Maimonides ex eo ducit, quod Daniel apprehensionem suam vocet som-
nium, non stringit. Hoc enim tantum dixit ad distinguendum
Prophetiam, quae obvenit ei in somnio noctis, & reliquas visiones,
quae vigilanti objectae. Zacharias quoque dicit c. I. 8. vidi noctu.
non tamen ex eo sequitur, non fuisse Prophetiam.* Ad alteram re-

הטענה השנית שעשה הרב מאשר ל' הוש' ספר
דניאל בכלל הנביאים אין בה הכרח כי הנ"ל מגילת
רות חברה שמואל הנביא ומגילת קינורת חברה ירמיהו
ול' הושמו בין ספר הנביאים כי אם בתוך הכתובים האם נאמר
מפני זה ששמואל וירמיהו ל' הגיעו למדרגת נבואה אין זה
*altera ratio, quam inde Maim. defumit, quod Daniel non con-
numeretur inter Prophetas, in ea nulla est consequentia. Ecce enim
librum Ruth conscripsit Samuel Propheta, & librum Threnorum com-
posuit Jeremias, tamen non sunt relati inter Prophetas, sed inter
hagiographa. Num verò inde dicetur, Samuelem & Jeremiam non a-
scendisse ad gradum Prophetiae? Hoc non sequitur.*

§. 16. Hisce missis, producendum, quid Abarbenel, aliis
oculatio, sibi probabilissimū videri, judicet: patet hoc ex verbis

והנה דניאל מעצמו התעורר לכתוב ברוח הקדש
שהיה בו ספור נבוכדנצר וחלומותיו ועניני בלשאצר ודריוש והניסים
שנעשו בכבל לו ולחביריו ולכן היתה מדרגת הספר הזה מן הכתובים
ול' מן ספר הנביאים שנכתבו ונעשו במאמר ה' ית' וכפי התודעות
הנבואה וספר ג' דניאל הנבואות אשר ראה ולכן היה הספר הזה מן
הכתובים ודניאל היה מרבר ברוח הקדש בערך חבור הספר וכתבתו
והיה נביא מפארת המראות שראה שהיה נבואה גמורה הלא
חראה מספר דברי הימים שהיה מכלל הכתובים שסיפרו בו נבואות
שאמרו נביאים כן היה הספר הזה מן הכתובים כפי אופן כתיבתו

וְסוּפְרוּ כֹּו נְכוּאוֹת אֲשֶׁר רָאָה וְנִיכָא דְנִינָא כְּאוֹתָם הַזְּמוּנִים הַמְּיוֹחֲרִים

Ecce Daniel de seipso excitatus est ad scribendum per Spiritum Sanctum. Novit enim res gestas Nebucadnezaris & somnia ipsius, & res Belsazaris & Darij, tum miracula in Babele sibi, sociisq; suis facta. Atque ideo gradus libri hujus est lex Hagiographis, non ex Prophetis, qui scripti sunt & facti mandato DEI Ben. secundum notificationem Prophetiae. Indicavit quoque Daniel hoc in libro Prophetias, quas vidit. Proinde liber hic est ex numero Hagiographorum, Et Daniel locutus est per Spiritum Sanctum respectu compositionis libri ejusq; scriptiois. Et fuit Propheta respectu visionum, quas vidit Prophetiâ perfectâ. Nonne vides Chronica esse inter Hagiographa, & tamē in eis referri Prophetias, Propbetas quas ediderunt? similē in modum liber hic est Hagiographus juxta modum scriptiois ejus, quamvis referantur in eo Prophetiae, quas vidit & dixit Daniel illis temporibus hisce. De Paralipomenan ita Kimchi praefat. com.

הַבֵּר עֲזַרְיָה זֶה הַסֵּפֶר בְּכַתְּבֵי חֻקְשׁ עַל יְדֵי חֲנַיִּי זְכוּרִיָּה וּמְלֹאכֵי הַנְּבִיאִים הָאֲחֵרִיוֹנִים וַחֲבָרוּ עִם הַכְּתוּבִים וְלֹא עִם הַנְּבִיאִים לְפִי שְׁתוּנָה סֵפֶר דְּבָרֵי הַיָּמִים אֵף עַל פִּי שֵׁשׁ בְּכַלְלָם קִצְרָת נְכוּאוֹת אַחֵר שְׁעִיקְרוּ נִכְתַּב לְסֵפֶר דְּבָרֵי הַיָּמִים וְהוֹחֲסִים נִכְתַּב וְנִכְלָל עִם הַכְּתוּבִים כְּמוֹ סֵפֶר רוּת שֶׁנִּכְתַּב לְסֵפֶר יִחִס דּוֹד וְנִכְתַּב עִם הַכְּתוּבִים גַּם כֵּן Retulit Esra hunc librum inter sacros libros operâ Haggaei, Zachariae & Malachiae ultimorum Prophetarum & adjunxerunt eum Hagiographis, non Prophetis: quia continet historiam rerum gestarum. Quanquam verò in eo quaedam contineantur Prophetiae, attamen cum principaliter & fundamentaliter scriptus sit ad enumerandas res gestas & genealogias, comprehenditur cum Hagiographis: quemadmodum & liber Ruth, qui scriptus est ad Davidis genealogiam recensendam, itidem Hagiographis est adscriptus.

§. 17. Verùm neque Davidis Kimchi, neque Abarbane-
lis sententia erit amplectenda. Si enim juxta Kimchi, ideo quod
continet historicam relationem, liber ad Hagiographa pertinet,

subsu-

subsumerem, de Josua, Judicum, Samuelis, Regum, & quaeretē,
 cur etiam hi ad Hagiographa non sint relati, cum tamen planē
 sint historici. Quod vero Abarbenel scribit *habita ratione scri-*
ptionis & compositionis, quod explicat, Daniele semetipsum exci-
 tasse, cum norit illorum temporū historias, ad scribendum, illō
 se ut forex prodit, & quod unā in refutanda sententia Maimonidis
 aedificarat, altera hic destruit. Ecce enim confitetur, Prophetas
 scripsisse mandatō DEI & juxta notificationem Prophetiae. Hoc
 vero de Daniele negat. Quod dum facit, magnum *χάσμα* &
 maximum discrimen inter Prophetas & Hagiographa constituit.
 Imō, Divina horum autoritas planē cadet. Quicquid enim in-
 jussu DEI, suā cognitione & memoriā quis nixus, scribit, non
 DEI, sed hominis est; non Divinam, sed humanam obtinet au-
 toritatem. Nec juvat exceptio, fuisse Prophetam respectu visio-
 num, Hagiographum, respectu scriptionis. Si enim in scribendo
 sibi fuit relictus, *ἡ ἀλήθεια ἀνθρώπων* partes quaedam debebuntur,
 contra quam docet Petrus 1. Ep. I. 21. nec *πάνου γράφῃ* erit *θεόπρω-*
5 2. Tim. III. 16. Imō in scribendo potuit errare, quod & Pho-
 tiniani, aliiq; malē feriat, memoriae lapsus scriptoribus sacris
 blasphemē attribuere, non erubescunt, quō concessō Canonica-
 rum Scripturarum autoritatem ferri praecipitem, quis est, qui
 non videat? Quod addit de *התורה והנבואה* illō fortē intendit
sensuum cessationem & sic supra lect. I. §. 22. hoc refutavimus. Et
 concessō, talis cessatio sensuum non minus reperitur in Dan. X. 8.
 Erit igitur Propheta, ut hoc ipsum Abarb. quoque contra Maimo-
 niden urget. Aut forte intendit, *ignotorū revelationē*, Danieli verō
 quae scripsit, ut historica, fuisse nota. Verūm hic recurret quae-
 stio de Mose, Josua, Judic. Samuele, cum & illi ipsi plurima sibi
 ut praesentia, vel historica, scripserunt, cur non & hi ad Hagi-
 grapha relati? Notandum, scriptoribus sacris quidem quaedam
 fuisse cognita, nihilominus ad haec, non alia; sic, & non aliter;
 nunc, & non alio tempore scribenda, singulari quadam *πνεῦ*, in-
 stinctu & actione DEI fuisse excitatos, nō secus ac Amanuensi quae-

dam nota, certo tamen & haectenus ignoto ordine in calamum à causa principali dictari possunt.

§. 18. Hisce sic dictis non videtur negandum *וְעַלֵּי לֵב* Maimonidem, Abarbenelem aliosq; hac cum distinctione fovere. Nimis vaticiniis Danielis convincuntur, malunt igitur autoritatem ejus elevari, quàm se convinci & converti. Strenuè quidem hoc negat Abarb. fol. 20. c. 1. ubi concludit, Danielem שהגיע

קבץ סנהדרין *absque dubio ad gradum Prophetiae pervenisse*, ejusq; Prophetiam esse נבואה גמורה *Prophetiam perfectam*: Danielem non esse minorem Esaiâ & Ezechiele נבוא

מבואר *eo quod uno eodemq; gradu Prophetico prophetarint.* col. 2. & c. Et ad Vet. Dictum Talmud. Tract. Megilla. Haggaeum, Sachar. & Malachiam praestantiores esse Daniele, eo quod illi Prophetae, hi non, Hunc verò praestantiores illis, eo quod vidit, illi quod non viderunt, v. Dan. X. 7. respondet fol. 17. c. 4. hoc non esse absolutè, sed secundum quid intelligendum

עם היות שאמרו חז"ל פעמים נביאים שם כולל לכל מקבל שפע עליון הנראה בעצם ויחוד רצו בשם הנבואה שלוח אר העם להנהיגם ולהודיעם דרך זו ילכו כי לכן נקרא נביא מלשון נב שפתיים ואמר נביא יקים לך ה' אלקיך מאחיד כמוני אליו תשמעו נביא אקים להם וגו' ונתתי רברי בפיו נביא לגוים נתתיך לך הנבא אל עמי ישראל שתמיד שם נביא נאמר על השלוח אל העם להנהיגו ומסרו אמנם מי שיראה מראות הנבואה ולת יהיה שלוח אל העם יקרא רואה או חוזה לת נביא בשם מיוחד וזה ענין היה דבר ה' אל אברהם כמחזור שראה מראות אלקים אבל לא היה אברהם נביא שלוח לזולתו וכן היה אצל חז"ל מדרגת דניאל שלא היה נביא שלוח לישראל לדבר להם נבואות ורברי אזהרה כחגי וזכריה ואלאבי *etsi enim Dd. nostri quandoq; nomine generali Prophetarum vocent quemcunq; qui influxum supremum suscipit, tamen per se & approprietate nomine hoc indicant legatum ad populum, ad ducendum eum & ostendendam viam, in qua ambulent. Ideo quoque vocatur*

vocatur נביא ex significatione, נבי שמים Ec. LVII. 19. & dicitur
 Deut. XVIII. 15. Prophetam excitabit tibi Dominus DEUS tuus.
 ex fratribus tuis, sicut ego, ipsum audietis. Prophetam suscitabo
 vobis &c. v. 19. & ponam verba mea in os ejus. Prophetam.
 Jer. I. 5. populo constitui te. Prophetam. Am. VII. 15. ad popu-
 lum meum Israel. Ut adeo Propheta semper dicatur de legato ad
 populura, cum ad ducendum & erudiendum. Qui vero videt vi-
 sionem Propheticam, neque est legatus ad populum, vocatur רואה,
 חוזה videns, non verò peculiariter Propheta. Sic fuit verbum Domi-
 ni ad Abramum in visione, quâ vidit visiones DEI Gen. XV. 1.
 tamē non fuit propheta missus ad alios. Sic fuit juxta Dd. gradus
 Danielis. Non fuit propheta missus ad Israelitas, ut illis proponeret
 Prophetias & adhortationes, quemadmodum Haggæus, Zacharias,

Malachias &c. concludit fol. 18. c. 2. זהו כוונת חז"ל באמרת באותו
 סאמר שזכרתו ולפי שהם לא כוונו לפחות מדרגת דניאל ולפי
 שאלו ממנו היו השגותיו נבואות עליונות *Haec revera fuit
 intentio Dd. uti memini, hoc in dicto, non intenderunt detrabere gra-
 dui Danielis, neque inficias ire apprehensioncs ejus non fuisse Pro-
 pheticas easq. supremas. Verum נביא semper exprimere missum
 ad alium, nunquam probabitur. Obstat Abrahamum vocari
 נביא Gen. XX. 7. Nec quod addit de רואה & חוזה vidente probari
 poterit. Ex 1. Sam. 19. 9. patet eundem esse videntem & Prophe-
 tam. Antiquius nomen videntis, recentius Prophetæ. Vocantur
 videntes Samuel, 1. Sam. IX. 11. Amos VII. 12. qui tamen missi ad
 alios: & de חוזה videntibus 2. Paral. XXXIII. 18. refertur, quod lo-
 quuti sint ad Manassen in nomine Domini; missi ergo ad alios.*

§. 19. Ex his tamen R. Abrabenel fol. 18. 2. loc. cit. rationem
 quandam ונכין אמיתי veram & firmam divisionis librorum sacro-
 rum in Legem, Prophetas & Hagiographa deducit, quod nempe
 Veteres respexerint ad tres gradus Prophetarum העלונה מהם
 היתה מדרגת ארוגנו משה שהיה נביא שלוח לישראל ונתנה
 תורה

תורה על ידו וכנגדו עשו חלק תורה והמדרגה השנית היא
 מהנביאים שהיו שלוחים לעם לא לתת תורה ולא להוסף
 או לגרוע ממנה כי אם כלכר לאזהרה ולימוד טוב ויושרי העתידות
 וזה חלק הנביאים והמדרגה השלישית היא מאותם שלא
 היו נביאים שלוחים לעם אבל היו החיים חזונות ורואים מראות ולא
 היה ענינם כי אם לכתוב מה שראו ושמעו והיא מדרגת הכתובים
 Primus & summus, est gradus Moſis, qui fuit Propheta, miſſus ad Iſraelem &
 per eum data eſt Lex, quò reſpectu Legem primò poſuere. Alter eſt
 Prophetarum miſſorum ad populura, non, ut darent legem & quic-
 quam adderent vel detraherent: ſed ut commonefacerent & propo-
 nerent bonum & promiſſiones futurorum; quae eſt altera pars Pro-
 phetarum. Tertius gradus eſt eorum, qui non fuerunt miſſi ad alios,
 ſed viderunt viſiones, ipſorumq; fuit ſcribere, quae viderunt & audi-
 verunt: qui conſtituit Hagiographa. verùm & illi, & bi omnes a-
 ſcenderunt ad gradum perfectae Prophetiae. Tolerabilior haec
 eſt ſententia, nec premitur tot ac tantis incommodis & abſurdi-
 tatibus, ut priores. At verò, mirum, ipſum R. Abarbenelem
 hanc relinquere, aliamq; ſibi excogitaſſe? Referuntur ad Hagi-
 grapha, Eſra, Nehemias; ſed annon illi fuerunt Prophetae, miſſi
 ad erudiendum Iſraëlitas? Referuntur, Ruth, Jobus, Threni,
 Verba dierum: verùm ſiquidem Prophetae haec conſcripſerint,
 nonne illorum Autores ad alios miſſi, eorumq; in cenſum refe-
 rendi, quò Joſua, Judicum, Samuelis, Regum? Si juxta Joſe-
 phum & antiquiores, ad Hagiographa reducantur illa tantùm qua-
 tuor; Pſalmi, Proverbia, Eccleſiaſtes, Canticum, evaneſcent
 quidem hae exceptiones: Verùm enim verò haec Veterum ve-
 ſtigia à recentioribus Judaeis non teruntur. Quibus moti ſint,
 & etiamnum moveantur? difficillimum erit dixiſſe; cum ani-
 mò autoritatem Hagiographorum elevandi non factum, nec fie-
 ri, ſanctiſſimè proteſtentur. Qvas tamen rationes aſſerunt, eas
 hucusq; excuſſimus, in firmioresq; iis quàm ut niti poſſimus, de-
 monſtra-

monstravimus. Cedant igitur, aut rationes solidiores afferant: sin minus, concludemus cum P. Cunaeco. l. 3. c. 7. p. 336. de Rep. Ebr. *Mea sic est ratio, scribente, Et sic animum induco meum, esse ab illis per quam ineptè factum; siquidem hercle tot Et tam illustria sunt illius viri (Danielis) vaticinia. Et nuper quidem haec res disceptandi causam dedit viris duobus hac aetate eruditissimis, cum vatem unus esse, alter haut sic sensisse Judaeos affereret. Quae profecto contentio non est tanti. Ego non quid fecerit olim desana gens verporum, sed quam rectè fecerit, id verò exquirendum arbitror. Quid verò affertur tandem, cur hoc laudemus? Ratio quidem aut causa nunquam à Judaeis exposita est, aut, si est, legisse me non meminimus nunc. At divinatur tamen, Et conjectura fit, ut in re crepera. Nempe, audio, quia in aula atque Regum cultu aetatem egit: quia politicus fuit, Et vatem professus non est. Atqui nec profectus bagio-graphum est. Et cur igitur illum bagio-graphis adscribere? utique hoc friget. Jam verò, quae res vetet eundem amicitia Principum florere, Et simul vatem agere, nondum intelligo. Contentio illa, quam tanti non facit, repullulans, vetustior est. Scripsit jam tum Hieronym. Prolog. in Daniel. Illud admoneo non haberi Daniele apud Ebraeos inter Prophetas, sed inter eos, qui bagio-grapha conscripserunt. Ausam hinc quidam, sed iudice Lyra ad Dan. malè intelligentes, Doctissimum Patrem traducendi, ceperunt. Inter eos fuit Ruffinus, cui tamen ipse respondit libro secundo contra Ruffianum. Eadem igitur repetita fabula. Sed*

HAEC. HACTENUS.

Subjiciemus loquutionis sacrae ויקרא לו יהוה שלום considerationem, Scripturas, eò quòd sunt idiomate inspiratae, legenti & per scrutanti, ut spero, non ingratam.

Loc. Judic. VI. 23. 24. sic habet.

וַיֹּאמֶר לוֹ יְהוָה שְׁלוֹם לְךָ אֵל-תִּירָא לֵא תַמּוּרָה: וַיִּבֶן שָׁם גִּרְעָה

מִזְבֵּחַ לַיהוָה וַיִּקְרָא לוֹ יְהוָה שְׁלוֹם עַד הַיּוֹם וְגו'

S. I.

§. I.

Varias variorum Autorum, quos mihi jam quidem vidisse contigit, circa hunc locum Jud. VI. 24. sententias expendens, eas haut incommodè in duas dispeſci poſſe claſſes, autumo. Primam iis, qui hinc loci de ὄνομαθεσία altaris à Gideone exſtructi; alteram iis, qui de ὄνομαθεσία minimè, ſed de pace, quam DEUS Gedeoni promiſit, agi exiſtimant, attribuo. Utrius ſententia, quæ verior textuiq; Ebraeo congruentior, quilibet candidus, textumq; magis, quam interpretationes æſtimans Lector è dicendis facilè iudicabit.

§. 2. In priori eos, qui de ὄνομαθεσία altaris à Gideone exſtructi hinc agi aſſerunt, poſui. Verum & illos in diverſum abire videbis. Quidam Gideonem altari ædificato nomen indidiſſe volunt: alii nomenclaturam ipſi DEO vel Angelo Domini adſcribunt. Prius qui ſtatuunt de nomine altaris non conveniunt, in eo tamen, illud duabus conſtare vocibus. Sic LXX. *Interp.* ἡ ἐπιπάλασσον αὐτῷ ἄσκητι κυρίῳ. *Vulgat.* quam decretò Concilii Tridentini Pontificii pro authentica habere & nullo prætextu rejicere juſſi. Aedificavit ergo ibi Gideon altare Domino, vocavitq; illud *Domini pax.* *Arabs.* السلام الربى & vocavit nomen ejus pacem Domini ſive *pax Domini.* Juxta hos alioſq; nomen altaris erit PAX DOMINI. Ab aliis nomen hoc invertitur. Sic *Oſtander* *Vulgatam* corrigens addit, rectius: *Dominus pacis.* *Megal. noſter.* Erhieth ihn der Herr des Friedes. Erit adeo nomen altaris DOMINUS PACIS. Ab utriſq; abeunt. *Syr.* וקררה סריה שלום & vocavit illud *Dominus pax.* *Belg.* En noemde hem/ de Heere iſ Bredede. Sic *R. Jarchi* וקררה גרעון למובח & vocavit *Gideon altare Jehovapax;* *Jehova* eſt *pax noſtra.* Juxta hos igitur nomen altaris conſtabit ex rectis **JEHOVAH PAX.**

§. 3. Qui DEUM vel Angelum Domini altari nomen impoſuiſſe volunt, id ipſum una dictione exprimunt. Hoc pluribus, & eruditiffimis placet. Accentuum enim poſitus, priores interpre-

interpretationes cum non ferat, juxta illum hunc loci sensum esse concludunt, quod ipse Jehovah seu Dominus exstructum à Gideone Altare nuncuparit (proprio hoc quasi nomine & signo) PACEM; siquidem eò locò refectus & confirmatus erat Gideon ibid. v. 23. trepidans antea ad conspectum Angeli Jhovah, v. 22.

§. 4. In altera classe eos, qui nominis mentionem ne *quod* quidem hic fieri statuunt, reposuimus. Sic statuere *Jun. & Trem.* qui ita textum Ebraeum verterunt. *Quum proclamavisset ipsi Jehovah pacem* h. e. quum eum & de communi Israelitarum salute & de particulari ipsius (nam ex conspectu Jehovahae trepidabat suaeq; vitae diffidebat) confirmasset. Succenturiatur dexterimus & felicissimus scripturarum Interpres *Dn. D. Joh. Tarnov. v. b. m. Exerc. Bibl. p. 555.* Vulgo, scribens: vocavit illud Domini pax. Alii corrigunt, Dominus pacis. Neutrum puto, sed potius id dici. Et aedificavit ibi Gideon altare Domino, postquam proclamavit & promisit ei Jehovah pacem ac omnem prosperitatem, ut ita sit causa his verbis exposita, cur ille altare aedificaverit, nimirum ad sibi datae promissionis memoriam. Ab horū parte stat quoque *Jonathan*, nisi quis alius illius Targum ad h. l. autor *בנה תמן גרעון סדכחא קדם יי ופלה עלוהי קדם יי רעבר* *ליה של* Et aedificavit ibi Gideon altare coram Domino & coluit super illud coram Domino, qui fecit ei pacem.

§. 5. Recensuimus hactenus Variorum interpretationes. Divortium illud satis, difficultatem quandam loc. cit. subesse, testabitur. Eam cum Doctiss. *Drusius comment. ad difficilia loca scripturae* tollere sategerit, finem optatum non assequitur, quin potius se, Lectoresq; suos intricat, magisq; dubios, quam admisit, dimittit. Itaq; inquit pag. 221. nescis utrum dicat, Dominus pacis, an Dominus pax. *Pagnin. & Ar. Montan.* difficultatem animadvertentes, ne impingerent, versione abstinere & voces illas Ebraeas *יהוה שלום*, literis tamen latinis expressas, retinuerunt. Verum hoc est fallere Lectorem. Nostrum erit in phrasin illam *קרא לו שלום* diligentius & accuratius inquirere.

§. 6. Vox קרא Ebr. Syr. Chald. Arab. usitata, non unam
 eandemq; habet significationem. R. *Mardochai Nathan* tres
 classes constituit: melius fecisset, si duas. Nam לקראה *obuiam*,
 in *occursum*, quod ipsi alteram classem & significationem consti-
 tuit, benè refertur ad קרא quàm *incidere, accidere, obvenire, eveni-*
re, ut קרה, significat: & haec sententia מקרה *occurfus* Concor-
 dantiarum Autori tertiam classem implet, nobis alteram. De
 priori scribit *Nathan* כל לשון קריאה ומקרא וכרל התואר כי אין
 שיוכן ויונה ועמו שהוא שם עוף כה מדברי *Quod idem tunc significet,*
 קריאה ומקרא nempè *clamorem & vocationem cum omnibus*
quod קריאה ומקרא nempè *clamorem & vocationem cum omnibus*
suis derivatis, prout è contextu & positu intelligitur. Praeterea quo-
que avem quandam glvestrem. Qvalis vero avis *Jerem. XVII. 11.*
 & *1. Sam. XXVI. 20.* his duobus in locis vox haec קרא hoc signifi-
 catu tantum occurrit, intelligatur? Interpretes non consenti-
 unt. Communiter perdicem intelligi volunt. *Bochart. T. 2.*
l. 1. c. 13. Hieroz. Scolopacen, quae gallinaginis species in *Aegypto*
 & *Arabia* frequens, pedes habens breves, rostrum praelongum,
 dorsum viride. Dicitur ita à rostro, pali quod instar habet acu-
 tum. Palus enim Ebraeis est קורה, ut Graecis *σκολοπέττω*, à quo *σκολο-*
πέττω. Sententia de perdice invaluit exinde quod *LXX. Jerem.*
XVII. 11. ea voce sint usi, sed confuderunt קרה per *Kuph* & קרא
 per *Caph*, quorum hoc perdicem significat. Neque perdici con-
 venit, quod dicit *Jeremias* רגיר *collegit* i. e. incubuit ovis, quae
 non peperit. Ut ut enim scribat *Hieron. in Jerem.* Ajunt
 scriptores *Naturalis Historiae* tam bestiarum & volucrum,
 quam arborum herbarumq;, quorum principes sunt apud
Graecos, Aristoteles & Theophrastus, apud nos *Plinius Se-*
cundus, hanc perdicis esse naturam ut ova alterius perdicis
 i. e. aliena furetur & eis incubet foveatq;, cumq; foetus a-
 doleverit avolare ab eo & alienum parentem relinquere: attamen
 memoriam fefellisse *Hieronimum,* & tale nihil apud vete-
 res rerum *Naturalium* Scriptores occurrere, respondet vir rarif-
 simae

firmæ eruditionis l. c. p. 86. Quid? quod ova furari plane his a-
 vibus denegatum, neque enim rostro, neque unguiculis hoc po-
 terunt facere. Hinc cautius alii R. Jarchi, Kimchi, Abarbenel, eas
 alieno in nido incubare: sed & hoc paradoxum: & $\alpha\pi\alpha\gamma\alpha\delta\epsilon\zeta\omicron\mu\epsilon\upsilon$
 pullos eam, illos quæ excluderat, non nosse nec sequi, sed אחריו
 אם שיהיה להם אם *illam illorum quæ est mater* ut Kimchi scribit. R.
 Salom. Jarchi Jerem. XVII. ii. vult esse cuculum: Sed fallitur.
 Ille enim alienis ovis non incubat, sed in aliis nidis $\omega\tau\alpha\iota$ & aliis a-
 vibus sua ova incubanda & excludenda supponit, vid. Ornith.

§. 7. Ut audivimus, Verbum קרא significat vocationem
 & clamorem. Synonymum huic est אמר quemadmodum vide-

re licet ex Jes. XXXII. ג. לא יקרא עוד לנבל נדיב ולכסילי לא יאמר. ג.
 אמר non vocabitur amplius stulto ingenuus & tenaci non dicetur libe-
 ralis. Hic קרא & אמר idem significant. Sic quandoq; permu-
 tari possunt, sensu non variato, אמר & רבר. Juxta positum ta-
 men aliter atque aliter interpretandum, modò per nomen impo-
 nere, vocare, invocare, advocare, invitare, appellare, prædicare,
 concionari, legere, cantare, prout contextus requirit. Et quis
 nescit, vocari in scripturis interdum idem esse, quod rem ipsam si-
 ve essentiam alicujus rei habere, ita ut הקרא nihil aliud sit quam
 esse? conferatur Es. LVI. 7. ביתי בית תלה יקרא. *Domus mea, do-*
mus precationis vocabitur. cum Luc. XIX. 46. ubi Salvator $\delta\omicron\upsilon\tau\omicron\varsigma$
 $\mu\epsilon\tau\omicron\delta\iota\sigma\tau\omicron\varsigma$ $\mu\epsilon\tau\omicron\delta\iota\sigma\tau\omicron\varsigma$ $\epsilon\iota\sigma\tau\omicron\iota$. Eadem est ratio Es. VII. 14. ubi Propheta

de Messia וקראת שמו עמנואל: & vocabis nomen ejus Immanuel:
 cum tamen nusquam legatur Christum proprio nomine fuisse di-
 ctum Immanuel, sed Jesum Mat. I. 26. Urgent hoc contra nos Ju-
 daei, præprimis Isaac Abarbenel. in comment. ad loc. cit. Esaiæ
 fol. 20. c. 2. ubi septem rationes Christianis opponit & inter eas

והו' מאמר וקראת שמו עמנואל וידוע שלמה קרא ארם לישוע הנוצרי שג עמנואל לא שיקראתו
 אמר כך ולמה שיהיה נקרא בורה השם מפי אחרים וכבר התאמנו

גם כן להשיב לזה באומרם שיש לדבר שם טבעי ושם הסכמי
כמו שם אדם לאדם שהוא טבעי אליו ושם סקראט שהוא
הסכמי לפרטיותו ושישוע היה לו שם הסכמי ואמנם עמנואל
היה לו שם טבעי מפאת אלהותו ואלה דברי רוח הם כי על השם
הטבעי לא יאמר הכתוב וקראת שמו עמנואל כי אם על
ההסכמי שיוסכמו לקוראו כן ועל השם הטבעי נאמר הוה שמו
והיה לו לומר והוה שמו עמנואל לא וקראת שמו שתלזה הדבר
בקראתו שיקראו אותו כן כי לא נאמר כנער אחר שנודר שאמו
חקראתו ארם לפי שהשם הוה אליו אינו מקראתו אבל הוה
h. e. *Quartum argumentum ex verbis, & vocabis nomen*
ejus Immanuel, desumitur. Notum vero est, neminem omnino Je-
sura Nazarenum vocasse nomine Immanuelis: non quod sic eum ap-
pellarit mater ejus, neque quod sic appellatus fuerit ab aliis. Jam
ante autem roborarunt se huic objectioni ut responderent, dicentes:
rem quandam habere nomen naturale & nomen ex instituto. e. gr.
nomen Adam, quod homini naturale est, & nomen Socrates, quod ex
instituto ob singularitatem ipsi inditum: Ita nomen Jesus fuisse ei no-
men ex instituto, Immanuel vero nomen naturale ratione Divinita-
tis. Sed haec sunt verba venti. Nam de nomine naturali non dicit
scriptura, & vocabit nomen ejus Immanuel, sed de eo quod ex institu-
to, in quod confenserint, eum ita ut vocent. De nomine autem naturali
dicitur. Hoc est nomen ejus. Itaq; dicendum fuisset Prophetae, &
erit nomen ejus Immanuel. non autem, & vocabis nomen ejus,
ut suspendatur ab appellatione quod ita eum appellaturi sint. Non
enim dicitur de puero postquam natus fuerit, matrem ejus ipsum ap-
pellasse hominem, quia nomen hoc ipsi non est ex appellatione, verum
naturale.

§. 8. Verum enim verò instantiam hanc Abarbenelis ven-
tosam & vanam facile dissipabimus. Putat ille de nomine naturae
dicendum הוא שמו & de consensus sive voluntariae & ex institu-
to impositionis adhiberi tantum verbum קרא. Jam hic esse ver-
bum קרא, quod arguat, intelligendum hic nomen proprium, ex
institu-

instituto inditum. Sed fallitur Abarbenel. Ipse concedit nomen אדם *Adam* esse nomen naturae. Jam evolvat quis Gen. V. 2. ibi leget DEUM creasse marem & foeminam, ipsis benedixisse אדם את שמם אדם & vocavit nomen eorum Adam. Ex quo clarum קרא etiam de nomine naturae usurpari, & falsa est assertio Abarbenelis. Falsum itidem phrasin שמו והוא tantum adhiberi de nominibus naturae. Legitur 1. Reg. XIII. 2. Ecce filius nascetur domui Davidis יאשיהו שמו Josias nomen ejus: Estne hic Josias nomen naturale? Ne jam multum dicam de reliquis Messiae nominibus, ipsius naturas, officium atque operationes exprimentibus, non tamen propriis, ita ut vulgo sic vocitandus, quae cum קרא conjunguntur, ut Jerem. XXIII. 6. זה שמו אשר יקראו יצוה צדקו *Hoc est nomen quo vocabunt, (eum) Jehova justitia nostra.* Esai. IX. 6. ויקרא שמו & vocabit (quisque) nomen ejus, admirabilis &c. Ex quo patescet קרא ut & שם de qualibet nomenclatura usurpari, uti & conjunguntur Gen. II. 19. וכל אשר יקרא לו האדם נפש חיה הוא שמו *Quocumque nomine vocavit Adam animam viventem, illud est nomen ejus.*

§. 9. Dicitio שלום Ebr. Chald. Syr. Arab. Aeth. in usu, derivatur à radice שלם, cujus tres *R. Nathan* facit significationes (apud Arabes obtinet plures. *Golius* recenset decem. Hinc ex ambigua vocis significatione, Arabum quidam jocandi ansam arripuit, quum enim ab obvio quodam his verbis salutaretur, ^{السلم} سلم *Tibi salam pax*, respondit, ^{يا هانت يا هانت} يا هانت *Tibi Jaht Jaht*, mirantiq; & quatenus esse illa resalutandi formula, roganti: Paria, inquit, tibi refero, est enim utraq; arbor amara, quarum, cum tu mihi alteram precaris, alteram ego tibi ominor, vid. *Pocock. ad Lamiatol' Ajam p. 136.*) nempe retributionis, completionis & concordiae. In שלום est natio & completionis & concordiae, sed haec prior: ubi enim concordia, ibi rerum affluentia, prosperitas, felicitas. Haec quoque cum precamur, pacem precamur. Fieri quod adsolet non solum in compellendo sed & vale dicendo, vid.

Gerhard, *Harm. Passion.* c. 3. saepius tamen in salutationibus: quod patet ex Epigrammate, expressing the severall formes of salutations or Farewells of the Syrians or Ebrewes, Phoenicians and Greeks.

Ἄλλ' εἰ μὲν Σύροις ἰοῦ ΣΑΑΑΜ. εἰ δ' ἐν σὺν Φοινίξ
ΝΑΙΔΙΟΣ. εἰ δ' Ἑλλήνι ΚΑΙΡΕ τὸ δ' αὖτὸν Φοινίξ

quod Seldenus pag. 53. *Titles of Honor ex Antholog. lib. 3. c. 25.* retulit Scaliger in not. ad Berof. & alior. fragm. pro *Nai* legi *Ἄυδο* vis. *Ἄυ* ex *וַיִּחַי* vive. *דֹּוּי*; detruncatum ex *דֹּוּי* *Domine mi.* Stabilitur ex illo Plauti in Poen. Act. V. sc. 2. v. 40.

AG. Saluta hunc rursus Punice verbis meis

Mi. *Avoddonni*, hic mihi tibi inquit verbis suis

& vers. 38. Poen. *Av.* Mil. salutat. Poen. *donni* &c. Scaliger legit Haudoni *וַיִּחַי* quod idem ac *וַיִּחַי* *vive*, salve, ave Domine mi. vid. *Taubman.* loc. cit.

§. 10. Vidimus hactenus unamquamque vocem separatim; videndum hanc, quid conjunctae significant. Saepissime quidem & verbum *וַיִּחַי* & nomen *שָׁלוֹם* in sacro codice occurrunt, at ubi conjungantur, cum particula *ל*: Non nisi duobus in locis; hic & Judic. XXI. 13. Ex illo igitur parallelo, de nostro iudicium erit ferendum. Agitur ibidem de Benjamitis in rupe Rimmon spem inter metumque se sustentantibus. Nihil boni de Israëlitis cerò sibi polliceri audebant, metuebant magis, ne, ut fratres sui, ab Israëlitis trucidarentur. Sed praeter expectationem ira Israëlitarum expirarat, maximumque, doli, quod juramentò se obstrinxissent, neminem filiam suam Benjamitae ulli desponsaturum. Ineunda tamen erat ratio, ne tribus Benjamin eradicaretur, ne & juramentum violaretur. Cives in Jabes Gilead, qui ad comitia sub poena mortis vocati, non comparuerant, ad unum omnes cum uxoribus interneccione delentur, reservatis saltem quadringentis virginibus. Has in castra recepere & miserunt nuncios ad Benjamitas in petra Rimmon haerentes: *וַיִּקְרְאוּ* *שָׁלוֹם* *לָהֶם* Vulgat & *praeceperunt eis, ut eas susciperent in pace.* Ma-

lè,

lè: non enim ut eas suscipere, habetur in fonte. Melius Luther. und riefen ihnen friedlich. Targ. וקרו להן מלך שלום & *annunciarunt illis verba pacis*. Sensus est: Israelitas de omni hostilitate sublata & sepulta Beniaminitas fecisse certiores, viceq; belli pacem promississe, obtulisse, annunciaisse. Freti hac promissione venerunt, ut sequitur, Benamitae in Israelitarum castra & virgines Gileaditarum servatas duxere. Hic locus, qui quoad positum & accentuationem per omnia cum Judic. VI. 24. convenit, testimonio est. phrasin קרא לו שלום significare, annunciare, promittere, loqui, dicere, offerre alicui pacem; minime; nomen pacis indere.

§. II. Objicere hic quis posset in Concord. Ebraic. ad vocem ויקרא annotatum, alios libros habere שלום cum ר. Hinc quoque locus Judic. XXI. 23. refertur ad שלום non שלום. Verum concessò, quibusdam in libris legi שלום. Unus tamen alterve codex receptae & per tot secula probatae lectioni non poterit derogare. Si lectio illa fuisset probatorum codicum. Haut dubie *Kimchi* illud observasset, qui tamē saltim IX. loca, quae aliter in impressis hodie leguntur, in Libr. Radic. enumer. Nempe in Radic. בנה ex Es. 34. legitur ובנה & *aedificavit*. In Impressis legitur ובנה & *extendet*. it. in R. ישע est ישעים, quod nullibi reperitur. it. in R. כיו habetur מוכנים *aptati in domo Domini*, nec legitur nisi ap. Ezech. XL. מוכנים לבית *aptati domui*. it. in R. נבל est נבלותיה *fatuitates tuas detegam*, quod tamen nullibi exstat. it. in R. עלה & *erunt gemini מלמעלה superius & nunc legitur מלמטה inferius* Ex. XXVI. nec ullibi jam legitur תהיו תאמרו למעלה *inter* רוב לרוב *litem & litem & nunc legitur לרין לרין* *judicium & judicium* Deut. XVII. It. in R. עמר ait ועמרם *& stare fecit eos ante* Pharaonem, nec invenitur nisi ויצוים *& statuit eos* Gen. XLVII. it. in R. בוא ait, *masculi excepta pube*, nec uspiam legitur. & tandem in R. שחר est verbum Kal. תשחרו *nec invenitur, nisi secunda foem.* תשחרו Ezech. XVI. & imper. plur. שחרו Job. VI. Hae diversitates, scribit *Claud. Capellanus in mare Rabbin. infido, pag. 287.*
licet

licet nō compareant in editis exemplaribus libri Schoraschim, in omnibus tamē mauscriptis reperiuntur, ut *Samuel ben Meir* testatur & fidem facit mauscriptū quod in Bibliotheca nostra Sorbonica asservatur. Quum Kimchi, aliiq; adeo fuerint in collatione exemplarium accurati, haec etiam discrepantia, si vetustioribus codicibus niteretur, ipsorum diligentiam vix effugisset. Imo si antiqva & probata esset lectio, haud dubiè Massorethae illud annotassent. Proinde diversitatem illam non magnopere attendimus, neqve illam nobis obtrudi patiemur, ne ex certo tandem incertur faciamus, prout contingit, si praeter necessitatem & fidem probatorum, antiqvorum & receptorum exemplarium, numerus variarum lectionum augeatur, quod merito in Curcellæi N. Test. edit. culpandum. Et positò, lectionem לשלום esse approbandam, & similem illi Deut. XX. 10. ubi Deus Israelitico praecipit populo, ut urbem oppugnaturus prius אליה לשלום וקראת *vocet super eam ad pacem.* Onkelos אליה in לה vertit h.m. וְתַקְרִיבָהּ כָּל דְּבַר שְׁלָמִים & offeras ei verba pacis, eadem phrasi, quae Judic. XXI. 13. occurrit; non tamen nulla lux affulgeret ex his huic nostro loco: Ecce enim per ellipsin verbi substantivi & pronom. poterunt explicari: dicerunt eis, dicas ei. quid? Pax sc. sit tibi, vobis, ut. Luc. X. 5. εὐαγγέλιον λέγουσιν. εἰρήνην τὰ ὄντα πάντα Particula ἢ nihil moramur. Scimus enim eam saepe redundare vel constituere nominativum, quo nihil apud Arabes frequentius. vid. *Glas. Philol. sac. p. 872.* Quibus adde Jos. X. 21. Deut. XXIV. 5. Job. XVI. 21. &c. Vel etiam dicatur, hic esse enallagen status, Dativi pro Accusativo ut 2. Sam. III. 30. Joab enim & Abisai frater ejus, occiderant לאבנר Abnerum, Jerem. XL. 2. & recepit praefectus satellitum לירמיהו Jeremiam & alibi, quod frequens est Syris. *not. Dieu ad Psalm. LXXIV. 19.*

§. 12. Quamquam vero Judic. VI. 24. & XXI. 13. tantum sibi sint simillima: Non tamē à re erit, alia, quae non multū abeunt, hic retulisse, quò loquendi illa ratio usitator apparet. Producimus Mich. III. 5. ubi Deus de Pseudoprophetis קראו שלום annuntiant

nuntiant pacem. Jonath. עלוהי שלמא prophetantes super
 eum (populum) pacem. Juxta Kimchi, q. d. יהיה לכם אל שלום
 חירא pax erit vobis, ne timeatis. Pluribus in locis קרא cum
 conjungitur, quibus agitur de proclamatione libertatis Levit. XXV.
 10. Jerem. XXXIV. 15. 17. Et. LXI. 1. cum צום, de proclamatione jeju-
 ni. 1. Reg. XXI. 9. 12. 2. Paral. XX. 3. Et. VIII. 21. Jer. XXXVI. 9.
 Jon. III. 5. &c. Verba quoque רבר & אמר cum שלום eundem ex-
 hibent sensum, ut 2. Sam. XVIII. 28. 2. Reg. IV. 23. 25. Gen.
 XXI. 5. רבר cum שלום Gen. XXXVII. 4. & absque ל. Esth.
 X. 3. Psalm. XXXV. 20. LXXXV. 9. CXXII. 8. Jerem. IX. 7. Za-
 char. IX. 10. ubi de Messia בר שרם לוי pacem eloquetur gen-
 tibus. Ex dictis jam de phrasi facile poterit judicari.

§. 14. Aliorum versiones quod attinet, quamlibet ea-
 rum, quarum in §. 2. mentio, videmus, accentuationem negle-
 xisse, conf. Pl. Rev. & Excell. D. Wasmuth. Vindic. p. 235. Versiones
 illae locum si invenire deberent, requireretur accentus Regius in
 ל ipsum. Jam autem Tiphcha est in voce יהיה. Unde vox Je-
 hova non referenda ad sequentem vocem שלום pax: sed ad prae-
 cedentes ויקרא לו. Accentuum positus in fonte est talis ויקרא לו
 יהיה שלום. Juxta Interpretes debebat esse talis ויקרא לו יהיה
 שלום vel absque Maceph. ויקרא לו, qui positus à priori est diver-
 sissimus. In specie pro defensione Vulgatae, Arabis & LXX.
 quid afferri possit? non video, nisi quis ad Hypallagen status
 constructi, de qua Glass. Philol. sacr. lib. 3. Tr. 1. Can. 43. p. 495.
 confugere velit. Verùm hoc fieret praeter necessitatem: ne
 dicam, diversam ibi allatorum exemplorum esse rationem, ut
 inspicienti non potest non esse manifestum. Clarissimè Vulgar.
 impingit in Grammaticen, dum posterius nomen, nempe יהיה
 per Genitivum exprimit, quasi esset שלום יי. Solenne tamen id
 est huic auctori, quum patet itidem apud Ebraeos atque apud
 Graecos, Latinos & alios id fieri posse, in quo vehementer falli-
 tur, nisi ego fallor, inquit Iarnov. l. c. LXX. Versio itidem ex ἀ-
 βλαψία quaedam orta. Arabem ita vertisse non mirandum, no-
 tatum

K

tatum enim jam tum ab aliis hunc, LXX. Interp. מְדָא ferè
sequi.

§. 15. Qui verterunt *Dominus pacis*, hypallagen quidem
non statuere, verùm & illi ipsi impingunt in accentuationem;
Tiphcha enim sub voce יהוה dirimit eam à sequente, & retrahit
ad praecedentem: Juxta hos vox יהוה cum שלום, utpote in regi-
mine posita, cum illa cohaerere debebat. Impingunt etiam in
Grammaticam, quae non permittit nomen proprium vice re-
gentis fungi. Qui reddiderunt, *Dominus pax* itidem praeterie-
runt accentum Tiphcha in voce יהוה qui regius, vocem יהוה à
שלום sejungens.

§. 16. Classis altera, dum illam sententiam, DEUM nomi-
nasse Altare שלום *pacem*, amplectitur, tutiorem quidem elegit,
verùm quò minus ei as sensum praebeamus, obstat, quod ex ge-
nio Linguae Ebraeae demonstravimus ויקרא לו יי שלום non si-
gnificare, nomine pacis insignivit, sed *pacem promisit, annuncia-
vit.* Accedit ὀνομαζήτησις DEO adscribi, cum tamen de aliis aris
constet, nomina ipsis non à DEO, sed ab hominibus aedificanti-
bus imposita. Primum Altare ἱερεῶν construxit Noa Gen.
VIII. 20. hoc tamen est ἱερόνυμον. R. *Salom. Jarchi* ad Num. XXIII.
8. refert, Patriarchas septem altaria aedificasse: Abrahamum qua-
tuor. v. Gen. XII. 4. XII. 5. XIII. 18. XXI. 19. Isaacum, unum. v. Gen.
XXVI. 25. Jacobum duo; alterum in Sichem v. Gen. XXXIII. 20.
alterum in Bethel v. Gen. XXXV. 1. Ab Abrahamo & Isaaco ex-
structis neque DEUS neque ipsi nomina imposuere. De Jacobo
legitur Gen. XXXIII. 20. & constituit ibi altare ויקרא לו אל אלהי
ישראל Jun. quod appellavit altare DEI fortis DEI Israelis. *Luth.*
Unde riefß an den Nahmen des starken Gottes Israel. Pro Luthero
facit *Onkelos.* ויקרא לו אל אלהי ישראל & colu-
it super illud coram Domino DEUM Israelis. & *Haggaon* ap. *AbenE-*
fram, licet ipse dissentiat, adductò etiã pro se exemplo Moïsis, qui
altare exstructum vocavit יהוה נס Exod. XVII. 15. Quicquid sit
patebit ex hoc & aliis locis, homines rebus nomina imposuisse, in
memo-

memoriam alicujus miraculi, ut *Jarobi* ad Gen. XXXIII. 20. docet
לא שהמוכח קרוי אלהי ישראל אלא על שם שהיה הקדוש ברוך
עמו והצילו קרני שם המוכח על שם הנס להוור. שבחו של
מקום נזכר בקראת השם כלומר מי שהוא אל הוא הקדוש ברוך
הוא לאלהי לי ששמי ישראל וכן מצינו משה ויקרא שמו יי נסי לא
שהמוכח קרוי יי אלא על שם הנס קרא שם המוכח להזכיר שבחו
של הקבר יי הויה. *Non ita intelligendum, ac si altare fuisset
dictura: El Elobe Israel, sed quia DEUS Ben. fuit cum eo & eripuit eum.
Ob hoc miraculum appellavit altare ita, ut gloria DEI nominis adpel-
latione indicaretur, q. d. Quis est El? est DEUS Ben. qui fuit mihi
DEUS, qui vocor Israel. Similem in modum legimus de Mose, Exod.
XVII. 15. & vocavit nomen ejus, Jehovah Nissi, non ac si altare vo-
catum esset Jehovah, sed ob miraculum, indidit altari nomen in recor-
dationem majestatis DEI Ben. Jehovah est vexillum meum. No-
tanda haec contra Photinianos, qui argumentum pro divinitate
Jesu ex nomenclatura Jehovahe deductum, eludere sic satagunt:
sed irrito conatu.*

§. 17. Hisce sic dictis, approbatur nobis sententia, cujus
§. 4. fecimus mentionem & vertimus hemistichium: Da bauete
daselbst Gideon dem Herren einen Altar/ weil ihm der H. G. X. X den
Frieden (die Furcht benommen/ das Leben zugesagt/) vers
heissen. Ut adeo respiciatur ad praecedentia, ubi Dominus ait:
pax tibi, ne timeas, non morieris. Haec Interpretatio nititur
genio Linguae Ebraeae & consuetudine Sanctoꝝ, in memoriam
miraculi, vel revelationis factae, altare aedificantium, idq; inde
vel locum nominantium; non impingit neq; in Grammaticam
neque in accentuationem & Photinianis itidem fores, se huc reci-
piendi, ac si nomen Jehovah etiam creaturae cuidam tribuere-
tur, fortissimè clauduntur. Non moveat quemq; nos per,
quia, vertere. Hanc enim significationem non insolentem, da-
bunt loca Gen. II. 19. XX. 3. XXX. 27. Es. XXXIX. 1. plura invenies

ap.

ap. *Glass. Philol. Sacr.* p. 876. Tremell. vertit, *cum*: inusitata alicui
videri poterat talis ¹ conversivi acceptio, sed ¹ pro כַּשְׁרַן *postquam*
poni exemplis probant B. *Tarnov.* ad Zachar. XIV. 4. *Glass.*

Philol. p. 877. Sensus hic eodem ferè recidet.

הם ונשלם

שבח לאר בורא עלום:




TE de Prophetis, miror, antiqvissimis
Hæc publicæ cœpisse luci exponere:
Non cernis, ut Te Doctiores maledicis
Rodantur, atq; atris Theonis dentibus?
Non mente volvis, Vatibus jam mortuis
Sit qvale præmium datum? Pacem auream
Dum nuntiant, heu non fruuntur aurea!
Metuo alteram sortem. Catus Tu desinis?
Cum Pace. Pacem det Tibi PACIS DEUS!


Genero dilect.


ὁμοψύχως hoc vov.

M. Rembertus Sandhagen/

Past. Nicol. & Minist. Sen.







the scale towards document

onath. עלוהי שלמא *prophetantes super*
 m. Juxta Kimchi, q. d. שלום יהיה לכם אל
ne timeatis. Pluribus in locis קרא cum דרור
 agitur de *proclamatione libertatis* Levit. XXV.
 5. 17. Et. LXI. 1. cum צום, de *proclamatione* jeju-
 12. 2. Paral. XX. 3. Et. VIII. 21. Jer. XXXVI. 9.
 rba qvovq; אמר & דבר cum שלום eundem ex-
 2. Sam. XVIII. 28. 2. Reg. IV. 23. 25. Gen.
 ל שלום Gen. XXXVII. 4. & absqve ל. Esth.
 7. 20. LXXXV. 9. CXXII. 8. Jerem. IX. 7. Za-
 Messia ובר שרום לגוים *pacem eloquetur gen-*
 am de phrasi facile poterit judicari.
 rum versiones qvovd attinet, qvamlibet ea-
 2. mentio, videmus, accentuationem negle-
 & Excell. D. Wasmuth. *Vindic. p. 235.* Versiones
 ire deberent, requireretur accentus Regius in
 em Tiphcha est in voce יהיה. Unde vox Je-
 a ad sequentem vocem שלום *pax:* sed ad prae-
 Accentuum positus in fonte est talis ויקרא לו
 ta Interpretes debebat esse talis ויקרא לו
 accep. ויקרא לו, qvi positus à priori est diver-
 sie pro defensione Vulgatae, Arabis & LXX.
 ? non video, nisi quis ad Hypallagen status
 . *Glass. Philol. sacr. lib. 3. Tr. 1. Can. 43. p. 495.*
 Verùm hoc fieret praeter necessitatem: ne
 bi allatorum exemplorum esse rationem, ut
 test non esse manifestum. Clarissimè Vulgat.
 imaticen, dum posterius nomen, nempe יהיה
 xprimit, quasi esset שלום וי. Solenne tamen id
 vum putet itidem apud Ebraeos atqve apud
 & alios id fieri posse, in qvo vehementer falli-
 , *inquit Iarnov. l. c. LXX.* Versio itidem ex à-
 rta. Arabem ita vertisse non mirandum, no-
 K tatum